Zur Geschichte und Litteratur

Aus den Schätzen der Herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel

Dritter Beytrag

von

Gotthold Ephraim Lessing.

Braunschweig,
im Verlage der Buchhandlung des Fürstl. Waysenhauses,
1774.

Vorrede.

Da ich für gegenwärtigen dritten Beytrag, an zwey hiesigen würdigen Gelehrten Mitarbeiter zu erhalten, das Glück gehabt: so glaube ich, desto getroster vor meinen Lesern damit erscheinen zu können.

Was sie aber sonst, hier bey Eröfnung des zweyten Bandes, vielleicht erwarten dürften, werden sie am Schlusse desselben, zu Ende des vierten Beytrages, in einer Revision aller in dem ersten Bande enthaltenen Aufsätze, hoffentlich finden.

Innhalt

Innhalt des dritten Beytrages.

XV. Heroidum Ouidianarum emendationes Guelpherbytanae ad Harlesium v. c. — — S. 1.

XVI. Griechischer Text des apostolischen Glaubensbekenntnisses mit Lateinischen Buchstaben. — — S. 113.

XVII. Von Adam Neusern, einige authentische Nachrichten. — — — S. 119.

XVIII. Von Duldung der Deisten: Fragment eines Ungenannten. — — — S. 195

XIX. Ergänzungen des Julius Firmicus. — S. 227.

XV.

HEROIDVM OVIDIANARVM EMENDATIONES GVELPHERBYTANAE AD HARLESIVM V. C.

VIRO ILLVSTRI

THEOPHILO CHRISTOPHORO HARLESIO

S. D.

IACOBVS FRIDERICVS HEVSINGER.

Heroidum P. Ouidii Nasonis Guelpherbytanos codices, quod TIBI iam pridem promiseram, ad exemplaria posteriore Petri Burmanni cura emendata diligenter exegi, illorumque scripturas, quascumque ab his discrepare animaduerterem, vna cum hac epistola ad TE dedi perferendas. Morae, non TIBI quam mihi molestioris, caussas multas et graues commemorarem, nisi confiderem, TE cunctationi meae si non omni, certe malignitatis culpa vacanti, vel sine verbosa excusatione veniam daturum esse. Praeterea opinabar, ornamentis Ouidio TVO ex instructissima GVELPHICORVM PRINCIPVM bibliotheca conciliandis tanta TE iucunditate persusum iri, vt hac delinitus non mali solum, sed tardi etiam nominis exprobrationem, quam meritus esse videri poteram, facile remissurus sis. Laetaberis enim, et, si bene TE noui, magno opere laetaberis, si poëtae TVI vulnera, non multa illa quidem, sed a Nicolao Heinsio et Petro Burmanno relicta, fomentis Guelpherbyto arcessitis felici-

ter ſanari conſpexeris. Ne vero ad ipſam Naſonis emendationem feſtinanti longiore praefatione TIBI incommodus ſim, paucis nunc accipe, qui qualesque ſint codices Ouidianarum epiſtolarum Guelpherbytani, quorum variantes ſcripturas a tempore ſatis longo inſpicere concupiuiſti.

Et antiquitate, et bonitate inter hos eminet ille, quem *Guelpherbytanum primum* appellare libuit. Is chartas octuplicatas noſtras longitudine magis, quam latitudine, excedit. In ea bibliothecae parte habitat, quae manu ſcriptos continet, quos *extrauagantes* vocant, ibique inter eiusdem menſurae libros ordine ducenteſimus ſexageſimus eſt. Aetatem eius ad vndecimum ſaeculum ſi retulerimus, aut omnino non, aut certe non multum a vero aberrabimus. Auctoritatem huius libri non esſe contemnendam, ex eo iudicamus, quod ſaepius ille, quam plerique alii codices, cum exemplaribus optimis, maximeque cum Puteaneo Heinſii conſentit. Operis inſcriptio, ſi qua fuit, vetuſtate penitus exoleuit. Epiſtolarum quoque ſingularum inſcriptiones euanuerunt ita, vt harum vix pauca veſtigia conſpiciantur. Ne carminum quidem contextus calamitatis huius expers manſit, ſed in ſcriptura pluribus locis exeſa verſus alii non ſine magna difficultate leguntur, alii oculorum obtutum prorſus effugiunt. Duae vero codicis extremae tabulae non miſere ſolum detritae, ſed aliqua ſui parte etiam truncatae ſunt.

Alterum codicem, qui nobis *Guelpherbytanus ſecundus* eſt, Gudianus apparatus obtulit. Menſuram is aequat librorum, quos ex chartis maioribus quadrifariam

riam plicatis hodie compingunt, notisque numeri CLXI. inſcribitur. Litterarum figurae ſaeculi decimi tertii ſcripturam prodere videntur. Index minio praeſcriptus eſt: *Incipit Ouidius epiſtolarum. Penelope Vlixi.* In fine librarius adiecit: *Explicit Ouidius epiſtolarum.* Satis emendate quidem ſcriptus eſt hic liber; ſed tamen, vt aetate Guelpherbytano primo, ſic integritatis laude aliquanto inferior eſt.

Ex eadem Gudiana bibliotheca depromtus eſt codex, quem *tertii Guelpherbytani* appellatione a reliquis diſcreuimus. Octonariorum noſtrorum ſtaturam habet, indicemque in fronte geſtat numeri CCLXXXXVII. Saeculo quinto decimo, quod ex litterarum ductibus colligimus, in Italia natus eſt, domiciliique priſtini et priorum dominorum memoriam epigrammate conſeruauit illo:

Viro Incomparabili Domino
Dominico Molino
Senatori Veneto.

Quas tibi ſacramus veteres Heroidas, Heros,
Ne nimis a curis distineare, lege.
Scilicet Heroas vincis virtutibus, at non
Heroum vitiis, dum legis haec, caperis.

Balthaſar Bonifacius,
Taruiſii XIII. Cal. Sext. 1663.

Membranarum candore quidem, munditia ſcripturae, litterarumque, quibus principia carminum ornantur

 aura-

auratarum ſplendore hic codex inſigniter nitet: ſed idem vitioſe deſcriptus, neque aberrationum modo, ſed lacunarum quoque multitudine deformis eſt. Hoc tamen ipſum, quod librarius exemplaris tranſcribendi ſcripturam, aut vetuſtate euaneſcentem, aut inſolentia ductuum perplexam, parum feliciter adſecutus eſt; indicio nobis esſe poteſt, aetatis haud admodum recentis librum fuisſe, ex quo codex noſter propagatus eſt.

Illud vix quidquam dubitationis habere mihi videtur, quin ex antiquioris aeui monumento in hunc codicem translata ſit haec Ariadnaeae epiſtolae ſubſcriptio: *Explic. Incipit III. Canace Macareo liber II.* Facile apparet, librarium vetuſti, quod ſequebatur, exemplaris duo verſus confudisſe, ibique ſcriptum fuisſe: *Explic. liber II. Incipit III. Canace Macareo.* Haec ita, vt dixi, legenda esſe, argumento eſt etiam illud, quod idem librarius in fine codicis adſcripſit: P. O. N. LIBER EPISTOLARVM IIII. EXPLICIT. In libros autem deſcriptas fuisſe heroidas, viris doctis iam pridem probabile viſum eſt ex eo, quod ſcriptor vitae Naſonis in Farneſiano codice repertae, duo libros heroidum epiſtolarum ab Ouidio ſcriptos esſe tradit. Sed iſtam rem ex voluminum, quibus carmina inſcribebant veteres, modulo iudicantibus, ipſamque reliquorum librorum Ouidii menſuram intuentibus longe veri ſimilius videbitur, hoc opus ab auctore in quatuor libros dispertitum fuisſe, quam duobus libris illud comprehendi atque in duorum voluminum anguſtias coartari potuisſe. Nec abſurde ſuſpicari queas, Ouidium, quum initio tantum duo libros

bros heroidum edidisſet, in eosque epiſtolas nouem, quae lib. II. amorum eleg 18. recenſentur, contulisſet, alios duo libros aliquanto poſt adiecisſe.

Sapphus epiſtola, quemadmodum a plerisque antiquis heroidum libris, ita a tribus, quos commemoraui, Guelpherbytanis abeſt. Tamen huius quoque carminis apographa duo Gudiana bibliotheca nobis ſuppeditauit. Horum alteri, quod in iſto ſenatorum concilio ſedem CCCXVIII occupauit faſtisque Ouidii et amorum libris adnexum eſt, *Gudiani primi* nomen impoſui. Forma codicis ad tertium, aetas vero ad ſecundum, quos modo deſcripſi, Guelpherbytanos quam proxime accedit. Epiſtolam Sapphus elegidion hoc praegreditur:

Tantum omnes nobis doctae tribuere puellae,
Quantum inter vates laudis Homerus habet.
Blandus Amor docuit numerosque probauit Apollo;
Nomen erat Sappho, patria Leſbos erat.

Subſequitur iſta inſcriptio: SAPHO VATES CLARISSIMA AD SVVM PHAONEM.

Alter codex, quem *Gudianum ſecundum* vocare ſoleo, locum CCCXXXXII. tenet. Hic etiam ſaeculo quinto decimo, ſed in membrana minuta ſcriptus eſt. Praeter epiſtolam Sapphus carmen de pulice, copam, moretum, Camilli Romani carmen in obitum Caroli Parthenopaei, et epigrammata non nulla continet. Carmen Ouidii inſcribitur ita: *Saphos poëtisſae ad Phaonem*

nem Siculum libellus feliciter incipit. Neuter codex operis huius Ouidium edit auctorem, neuter epistolae, cui sospitatorem quaerebamus, insignem aliquam opem attulit.

Hos libros, qui omnes in membranis scripti sunt, iam contuleram enotatasque ex iis scripturas ordine quamque suo disposueram, quum LESSINGIVS, vir amplissimus, mihique non modo litterariorum studiorum communitate, sed amicitia etiam ac familiaritate coniunctissimus, vltro ad me mitteret chartaceum Ouidianorum carminum codicem, quem ex angulo, in quo abiectus ille per longam annorum seriem latuit, eo ipso tempore protraxerat. Scriptus est in quaternionibus et continet varia variorum scriptorum opera, inter quae primum locum sortitus est *liber epistolarum Phalaridis, translatus per Leonardum Aretinum.* Marginibus epistolarum Phalaridis inscriptae sunt variae lectiones, quas ex antiquo libro depromsit possessor nescio quis, qui in primae chartae summo margine profitetur, se cum scripto suo contulisse exemplar impressum, quod anno cIↃ IↃ CVII. e bibliotheca Gerhardi Vossii commodatum acceperit, eiusque libri inscriptionem hanc fuisse:

IHESVS
FRANCISCI ARHETINI IN
PHALARIDIS TYRANNI AGRIGEN
TINI EPISTVLAS PROEMIVM.

Nec tamen ille susceptum negotium ad finem perduxit, sed conferendi laborem fortasse pertaesus, dimidiam tantum libri partem ad exemplar impressum exegit.

Episto-

Epiſtolas Phalaridis excipit epiſtola Sapphus, quae nulla Ouidii mentione facta ſic inſcribitur: *Epiſtola Sapphos ad Phaonem Siculum amatum ſuum incipit.* Aetatem codicis, qui totus vnius librarii manu exſcriptus esſe videtur, illa ſubſcriptio libris amorum addita declarat: *Explicit Ouidius* amorum, *al.* ſine titulo, *vel* de incertis titulis, *anno dñi* MCCCCLXVI. Amoribus Ouidii haeret *Epiſtola Panormitae Antonii ad Lamolam, quod lacrimis Elegiae* [ita puellam ſuam appellare Antonio viſum eſt] *motus fractusque ex Bononia nequiuerit recedere.* Epiſtolae carmine elegiaco ſcriptae hoc eſt initium:

Deſine me placida [leg. *placita*] *verbis abducere terra,*
Deſine me domina disſociare mea.
Vera mones, fateor, pulchreque adducis, Vlixen
Fortiter aequoreas deſeruisſe deas.

Subſequuntur heroides, quarum praeſcriptio eſt illa: *Liber epiſtolarum heroidum Ouidii Naſonis.* Extremo codici adſutus eſt non eadem quidem manu, eodem tamen, opinor, ſaeculo deſcriptus dialogus, cuius auctor Pyladen atque Oreſten de aulae pontificiae flagitiis facit inficete ac barbare confabulantes.

Ouidii poëmata in hoc corpus concluſa quum propius inſpicerem, eaque cum libris, quos Ouidianorum operum editores conſuluerant, compararem; ſtatim ex conuenientia ſcripturarum ſuſpicari coepi, hunc eumdem codicem esſe, quem Heinſius et Burmannus modo *chartaceum Scriuerii*, modo ſimpliciter *Scriueria-*

num appellant. Plane confirmauit hanc opinionem meam, quod haud multo poſt ex auctionariis bibliothecae Scriuerianae tabulis didici, numerum CXII. quem ſchedula fronti codicis noſtri adglutinata praefert, ipſam illam notam esſe, qua inſignitum eum in venalicio Scriuerii grege produxerant. Conſentaneum igitur eſt, ex auctione librorum Scriuerii cum aliis non nullis in Auguſtam bibliothecam hunc codicem peruenisſe. Ibi comitibus eius in librorum indices relatis quum foruli ſui ſtatim adſignarentur, ille non modo non inſcriptus eſt, ſed priſcorum cuſtodum ſocordia ad viles chartas reiectus omnium aſpectum fugit, et perpetuo fortasſe fugisſet, ſi LESSINGIO bibliothecae curam gerente quidquam litterariae ſupellectilis, quae Muſei illius parietibus includitur, aut absconditum aut neglectum esſe posſet.

Quamuis hunc codicem recenſendis Ouidii operibus ab Heinſio adhibitum, variasque lectiones eius non nullas a Burmanno ex Heinſii, niſi fallor, ſchedis prolatas esſe viderem: tamen rem haud ingratam TIBI, HARLESI humanisſime, facturum me putaui, ſi heroidas cum hoc etiam exemplari contenderem, discrepantesque, quas deprehenderem, ſcripturas in TVOS vſus deſcriberem. Illum vero in adnotatis ad epiſtolam Sapphus *Scriueriani*, in reliquis autem epiſtolis *Guelpherbytani quarti* appellatione ſignaui.

Sabini heroas heroiſin Ouidii reſpondentes omni auxilio deſtitutos a ſe Guelpherbytana bibliotheca dimittit.

mittit. Haec eorum ſors tanto magis miſeranda mihi videbatur, quo grauiores ſuperſunt labes, quibus ab imperitia ac negligentia librariorum aſperſi calumniisque inconſiderate iudicantium expoſiti ſunt. Si tamen meminerimus, Nicolao Heinſio, qui totius fere Europae bibliothecas partim ipſe excusſit, partim per amicos adiit, ne vnicum quidem epiſtolarum Sabini codicem, qui quidem calamo exaratus esſet, inſpicere contigisſe: non grauate confitebimur, mirum videri non debere, quod inſtructisſimus theſaurus ſpem noſtram, in hac negotii ſuscepti parte, fruſtratur.

Heinſius quidem in iſto praeſidiorum defectu ad ingenii diuinisſimi, qua pollebat, ſagacitatem confugiebat, eaque adiutus egregie perfecit, vt epiſtolae illae Auguſtei aeui, quem plane amiſerant, ſplendorem reſumerent, Naſonisque aemulo poëta poſt interuallum ſatis longum dignae rurſus viderentur. Tanto exemplo incitatus ipſe quoque ingenii aciem, quamquam longe obtuſiorem, intendere coepi, periculum facturus, an ſimili commentatione hanc librorum veterum inopiam vtcumque leuare, elegantisſimisque illis meliorum temporum reliquiis aliquid lucis adfundere queam.

Hinc natae ſunt qualescumque meae de Sabini locis emendandis coniecturae, quam Ouidianis adnotationibus appendiculam addidi. Et in his, et in illis, ſi TIBI, HARLESI doctisſime, non vbique rem acu tetigisſe viſus fuero, adeo non indignabor, vt aequisſimo quoque

quoque animo laturus ſim, ſi quis idoneus atque incorruptus commentationum talium exiſtimator et multas, et magnas meas a ſcopo aberrationes caſtigauerit. Quum enim eruditione excellentium virorum, qui priſcis auctoribus perpurgandis eorumque ſcriptis integritati reſtituendis gloriam ſibi ſempiternam pepererunt, horum vero quum nec pauca, nec leuia ἀστοχήματα numerentur, inepti profecto ſimus, ſi nos, homunculos illorum doctrinae nulla parte comparandos, per iter tam difficile, tam lubricum, ſine crebris atque grauibus offenſionibus ingresſuros esſe ſperemus. Vale, VIR praeſtantisſime, nouisque eruditionis TVAE monumentis identidem publicandis non noſtros ſolum, ſed poſterorum quoque animos in admirationem TVI maximam conuerte. Scrib. Guelpherbyti nonis Januariis anno CIↃ IↃ CCLXXIIII.

HEROIDVM OVIDIANARVM EMENDATIONES GVELPHERBYTANAE

AD EPISTOLAM I.

2. *Nil mihi rescribas vt tamen, ipse veni.*] Ita nunc editur ex Io. Frid. Gronouii coniectura. Vide tamen, ne frigeat oratio Penelopae, si Vlixen redire iubeat, vt rescribendi labore supersedere queat. Dissimillima ratio est loci, qui frustra huc aduocatur ex ep. XVIIII. 1.

Quam mihi misisti verbis, Leandre, salutem,
Vt possim missam rebus habere, veni.

Guelpherbytani libri *attamen*, quod prius edebatur, magna conspiratione reducunt, nisi quod in horum primo *at tamen*, diuisis particulis scriptum esse video. Quia tamen haec scriptura iam inde a Scaligero criticos offendit, et ad meum sensum quoque nescio quid inconcinni habet; optem, vt in antiquo codice *atamen*, siue *a tamen* reperiatur. Sic enim pro *ah tamen* scribebant veteres. Vid. Ciofanus ad metam. II. 491. Particulae *ah* et *tamen* bene conueniunt precationibus atque obsecrationibus. Plautus truc. I. 2. 92. *Ah, obsecro, tace, Dinarche.* Noster infra ep. III. 149.

Ah potius serues nostram, tua munera, vitam.

Ibi etiam *At potius* vulgatos libros occupauerat. Ep. X. 121.

Tu tamen, o frustra miserae sperate sorori,
Sparsa, precor, nati collige membra tui.

Metam. I. 512.

Cui placeas, inquire tamen.

Particulam *attamen* Ouidio inuito ac nolenti obtruserunt quoque in illis art. II. 609.

Condita si non sunt Veneris mysteria cistis,
Nec caua vesanis ictibus aera sonant:
Attamen inter nos medio versantur in vsu,
Sed sic, inter nos vt latuisse velint.

Nullam

Nullam haec inter ſe connectendi rationem inire posſis, niſi *Attamen* in *Haud tamen* mutes. Saepe *at*, *aut* et *haut* confunduntur. *Inter nos verſantur* interpretor, conſpectui plurium exponuntur. *In medio vſu* eſt, in ipſo vſu. Conf. remed. v. 357.

5. *O vtinam tunc, cum.*] Guelph. pr. *tum cum.*

8. *Nec quererer.*] Idem *Non quererer.* Ita ſolet Ouidius *non* iterare. Vide infra IIII. 141. ſeq. VI. 105. ſeq. VIII. 91. ſeqq. VIIII. 89. ſeq. XI. 115. ſeqq.

10. *Lasſaret.*] Guelph. pr. *Lasſasſet*, ſec. *Laxaret.*

24. *In cinerem.*] Omnes Guelph. *in cineres.*

28. *Troïa.*] Noſtri *Troïca.*

31. *Atque.*] Guelph. pr. *Iamque.*

33. *Hic eſt Sigeïa* tellus.] Verba *hic eſt* in Guelph. tert. deſunt. Reliqui tres ſiſtunt *hac eſt.* Optime: ſi quidem cogitatione complexus fueris hominem, qui lineam digito ducens ſitum ac tractum Sigei litoris deſignet. Verbum *eſt* cum ablatiuo pronominis commode adhibetur ad indicandum regionis tractum. Mela I. 2. *Ipſam* [Maeotida] *gremio ad Tanaim vsque complexa* [Aſia] *ſit ripa, qua Tanais eſt.* Ibid. c. 3. *A Tanai ad Helleſpontum, qua ripa eſt dicti amnis.*

36. *Hic lacer admisſos.*] Guelph. pr. et quart. *Hic alacer misſos.*

38. *Nato.*] Antiquam orthographiam *gnato* Guelph. pr. ſeruat. Huius ſcripturae tenax idem dedit infra v. 111. *gnatus*, ep. IIII. 118. *gnati*, XI. 111. *Gnate* (v. 113. tamen et v. 122. *nati* exhibet) XII. 187. et 192. *gnatos*, XVI. 253. *gnatae.*

40. *Vtque ſit hic ſomno proditus, ille dolo.*] Haec ſcriptura non ſolum in quatuor MSS. noſtris, ſed etiam in vetere palimpſeſto, cuius indicium Knittelio, viro ſumme venerabili, in fragmentis Vlphilanis p. 512. debemus, ſine varietate conſpicitur. Eam critici recentiores, causſa fortasſe parum graui, coniecturis ſollicitant. *Prodi* dicuntur ii potisſimum, quibus ea, quae iuuare debebant, damnum aut perni-

perniciem adferunt. Ergo filius Eumedis ab Ouidio recte *dolo proditus* esse dicitur, qui speculator profectus interiit. Duo distioha deinceps in idem vocabulum desinentia non aspernatur Ouidius. Vide infra ep XVII. 108. et 110. XVIIII 8. et 10. amor. II 16. 16. et 18. ibid. eleg. 19. 52. et 54. III. 1. 8. et 10 art. I. 130. et 132. ibid. v. 204. et 206. Plura similia reperiet, si cui talia quaerere vacabit.

48. *Ilios*] Ita Guelph. pr. Reliqui tres *Ilion.*

Ibid. *Et, murus quod fuit ante, solum.*] Interpunctionem si tollas, facilius putabis dici, qui nunc murus sit, antea solum fuisse; quam id, quod Ouidius dicere voluit. Huic ambiguitati egregie occurrit Guelph. pr. in quo legitur:

— — *et, murus quod fuit, esse solum.*

Quoniam vero testatur Heinsius, in libris non nullis fuisse *murus qui fuit*; mihi quidem vix dubium videtur, quin a Nasone profectum sit:

— — *et, murus qui fuit, esse solum.*

De relatiui pronominis vsu peruulgata sunt omnia. Nec verbum *prodest*, simul ad nomen *Ilios* et ad verbum infinitum *esse* relatum, offensionis quidquam habet. Ita solent boni scriptores. Horat IIII. od. 1. 29.

Me nec femina, nec puer
Iam, nec spes animi credula mutui,
Nec certare iuuat mero,
Nec vincire nouis tempora floribus.

Adde Drakenborchio adnotata ad Liu. XXXVIIII. 14. 9. et quae disputabimus ad Cic. de offic. II. 5. 8.

50. *Abes.*] Nostri *abest.*

51. *Vni mihi.*] Guelph. tert. *soli mihi.*

57. *Morandi.*] Guelph. sec. *morandi est.*

59. *Peregrinam littora puppim.*] Guelph. tert. *peregrina litora puppi.*

66. *Abes?*] Idem *abis*, quart. *agas.*

77. *Et narres.*] Guelph. sec. *et narras*, tert. *enarras.* Deinde idem *quam rustica sit tibi coniux.*

78. Non

78. *Non ſinat esſe rudes.*] Guelph. ſec. tert. et quart. *ſinit.*

82. *Immenſas.*] Omnes Guelph. dederunt *inmenſas.* Et ſaepe codices noſtri, praecipue Guelph. primus, quum in aliis locis, tum in eo, quod in compoſitione verborum praepoſitiones plerumque integras retinent, orthographiam priſcam ſequuntur. Frequenter itaque *conbibit*, *conpenſauimus*, *inbelles*, *inpediendus*, *inpleat*, *obpoſitas*, *ſubpoſito*, *transiectam*, et quae his ſimilia ſunt, ibi obueniunt. Contra ea praepoſitionis *ad*, quoties eam in componendo vocabulo litterae *ſc*, *ſp*, ſiue *ſt* excipiunt, librarii noſtri, in hoc etiam monumentorum antiquiorum veſtigiis inſiſtentes, conſonantem poſteriorem abiiciunt. Vt in *aſcendo*, *aſpice*, *aſtitit*, *aſtringam*, et in aliis. Iidem tamen conſonanti, a quo verbum orditur, conſonantem praepoſitionis interdum accommodant. Sic *ammonuit*, *asſuetos*, *ſummotae*, cetera.

83. *Tua ſum.*] Ita Guelph. pr. Tres *tua ſim.*

86. *Ipſe ſuas.*] Guelph. quart. *ille ſuas.*

90. *Dilaniantur.*] Noſtri *dilacerantur.*

91. *Polybumque, Medontaque dirum.*] Sic eſt in Guelph. pr. Corruperunt ſec. *dirum Polibumque Medunta*, in quo tamen poſtremum nomen poſt raſuram ſcriptum eſt: tert. *Polidum Medontaque dirum*: quart. *memorem Medontaque dirum*, omisſo nomine Polybi.

95. *Actor.*] Conſentit Guelph. pr. Reliqui dant *auctor.* Poſtea tert. et quart. *accedit.*

102. *Ille tuos.*] Iidem *atque tuos.*

103. *Hoc faciunt.*] Guelph. pr. *Haec faciunt.*

105. *Armis.*] Noſtri *annis.*

106. *Valet.*] Iidem *poteſt.*

110. *Ara.*] Hoc eſt in Guelph. pr. a correctore, quum librarius dedisſet *aura*, quod etiam reliquos noſtros occupauit.

114. *Extremum fati.*] Guelph. pr. *fatis.*

116. *Redeas.*] Idem *venias.*

AD

AD EPISTOLAM II.

3. *Pleno quater orbe.*] Noſtri cum prius vulgatis *pleno ſemel orbe*, et v. 5. *toto quater orbe recreuit.*

4. *Anchora.*] Guelph. ſec. *ancora* ſine adſpiratione, quae vel inuitis libris tollenda fuisſet.

6. *Sithonis.*] Guelph. ſec. *Sithois*: quart. *Sytois*: Paullo poſt pr. *quae nos numeramus amantes.*

8. *Ante ſuum.*] Omnes Guelph. *ſuam.*

9. *Tarde, quae.*] Guelph. quart. *quae tarde.*

10. *Inuita nunc et amante nocent.*] Guelph. pr. *inuito nunc et amore noces*: quart. *inuita nunc in amante nocent.* Ouidium ſcripſisſe crediderim: *inuita nunc et amante noces.*

17. *Saepe deos ſupplex pro te, ſcelerate, rogaui.*] Recte, puto, retinuerat Heinſius:

Saepe deos ſupplex, vt tu, ſcelerate, valeres,
Sum prece turicremis deuenerata focis.

De priore verſu ſcripti noſtri conſentiunt Poſteriorem vero iidem omnes, et proxime ſequentem, errore ſatis manifeſto, omittunt.

20. *Si valet ille.*] Guelph. ſec. *ipſe.*

25. *Et verba et vela.*] Guelph. pr. *et vela et verba.*

28. *Demeruisſe.*] Idem *promeruisſe.* Sed glosſator adnotauerat *vel demeruisſe.*

31. *Vbi nunc.*] Guelph. tert. *vbi ſunt.*

34. *Qui mihi.*] Guelph. pr. *Qui tibi.*

35. *Et vndis.*] Idem *et auris*: quart. *iniquis.*

45. *At laceras.*] Ita Guelph. ſec. et quart. Duo *Ha laceras.* Deinde ſec. tert. et quart. transponunt *puppes etiam.*

47. *Quo me fugiturus abires.*] Guelph. pr. *quod me fugiturus haberes.*

49. *Quorum tibi copia.*] Guelph. tert. *quorum eſt tibi copia.*

50. *Nominibusque.*] Guelph. pr. ſec. et quart. *numinibusque*: tert. *muneribusque.*

52. *Quaque iubentur.*] Guelph. pr. *quoque.*

53. *Quo iam.*] Noſtri *quid iam.*

56. *Debuit hoc meriti ſumma fuiſſe mei.*] Guelph. pr. et ſec. cum prius vulgatis *Debuit haec.* Ita ſolent optimi. Cic. Philipp. II. 13. 5. *Sed tamen haec eſt ſumma concluſionis meae.* Idem X. ad diuerſ. ep. 25. *Sententiam meam tibi ignotam esſe nolebam; cuius haec eſt ſumma, vt omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione.* Lib. XIII. 53. *Summa illa ſit.* Ibid. ep. 64. *Summa eius epiſtolae haec eſt.* Conf. infra ad III. 8.

61. *Quia me.*] Guelph. ſec. tert. et quart. *quia te.*

69. *Scyron lectus.*] Guelph. tert. *lectus Chiron.*

72. *Dei.*] Guelph. ſec. et quart. *Ditis*, quod ex glosſa irrepſit.

73. *Hoc tua poſt illum titulo.*] Guelph. pr. *Hoc tua poſt alios titulo.* Reliqui *Haec tua poſt illos* (tert. *illis*) *titulos.*

75. *Rerum turba.*] Guelph. ſec. *turba rerum.*

77. *Quod ſolum excuſat.*] Guelph. pr. *incuſat.* Deinde ſec. et quart. *ſolum hoc imitaris in illo.*

82. *Quod ferar.*] Guelph. quart. *Quod feror.*

83. *Doctas iam nunc.*] Guelph. omnes *iam nunc doctas.* Paullo poſt pr. et quart. *Armigeram Thracen.*

89. *Nec te mea regia tanget.*] Guelph. pr. *neque te mea regia tanget*: ſec. et quart. *nec te mea regia tangit.*

90. *Fesſaue.*] Noſtri *Fesſaque.*

97. *Diſcedens ſuprema.*] Guelph. quart. *ſuprema diſcedens.*

98. *Phylli, face.*] Ita Guelph. quart. Reliqui noſtri *Phylli, fac exſpectes.*

102. *Vt tua ſit.*] Guelph. pr. et quart. *Et tua ſit.*

105. *Vtque tibi excidimus.*] Inepte Guelph. tert. *Atque tibi.* Ignorabat nimirum auctor corruptionis rariorem vſum particulae *vt*, priſcis ſaepe *prout* ſignificantis. Eadem inſcitia nocuit loco Ciceronis II. ad diuerſ. ep. 16. 18. *Sed ego fortasſe vaticinor, et haec omnia meliores habebunt exitus.* Ibi quinque MSS. bibliothecae Guelph. *vt haec omnia* Tullio reſti-

restituunt. Ita loquitur Plautus pseudol. I. 3. 44. *Atque in pauca, vt occupatus nunc sum, confer, quid velis.* Et ipse Cic. XIII. ad diuers. ep. 69. 4. *Etsi, vt eius modestiam cognoui, grauis tibi in nulla re erit.*

114. *Exigit.*] Guelph. pr. *exiit.*

117. *In illis.*] Guelph. quart. *in istis.*

122. *Quaque patent oculis.*] Guelph. pr. *Quaeque patent oculis.* Deinde idem *litora nota meis*: sec. tert. et quart. *litora lata meis.* Equidem nihil in his muto, praeter interpunctionem, quam ita constituendam esse, existimo:

Moesta tamen scopulos fruticosaque litora calco;
Quaque patent oculis aequora lata meis,
(Siue die laxatur humus, seu frigida lucent
Sidera) prospicio, quis freta ventus agat.

137. *Duritie.*] Guelph. omnes *Duritia.* Statim transponit quart. *vt ferrum superes.*

141. *Quia se.*] Guelph. tert. *quae se.* Versu sequente pr. ac tert. *Praebuerant*, sec. *Praebuerint.* Deinde pr. et sec. *implicuisse iuuat.* A quarto totum hoc distichon abest.

154. *In necis electum.*] Guelpherbytani *In necis electu*, quod repudiare nolim. Dicit Phyllis, vnam eamque paruam moram futuram esse in eligendo mortis genere. *In hac re mora est* recte dicitur, *in hanc rem mora est* non item.

158. *Ille neci caussam.*] Omnes, etiam nostri, codices constanter *necis* praeferunt. Haec scriptura praeter meritum concessit locum suum coniecturae Heinsianae, quam ipsi auctori suo, ex aliis Ouidii locis (epist. VI. 195. art. am. III. 40.) meliora edocto, videmus displicuisse.

AD EPISTOLAM III.

4. *Sed tamen et.*] Guelph. pr. et quart. *Sed tamen hae: duo haec.*

7. *Quod sum.*] Guelph. sec. *sim.*

8. *Hoc quoque culpa tua est.*] Guelph. pr. et sec. *haec quo-*

que. Ita noſter triſt. V. 7. 60. *Non hominis culpa, ſed iſta loci.* Vide ſupra ad ep. II. 56.

11. *Vultum.*] Guelph. pr. tert. et quart. *vultus*, quod in XIIII. libris repertum placebat etiam Heinſio.

18. *Sed, me qui.*] Guelph. quart. *Sed qui me.*

19. *Ne forte.*] Noſtri *ne nocte.*

21. *Sed data ſim.*] Guelph. omnes *ſum.*

22. *Tua eſt.*] Verbum *eſt* Guelph. quart. omittit.

23. *Tunc, cum.*] Guelph. pr. *tum, cum.*

25. *Non repetiſſe parum eſt.*] Idem codex verbum *eſt* excludit.

28. *Ille gradu.*] Idem *Iſte gradu*, quemadmodum ſcribendum esſe coniecerat Heinſius.

30. *Blandae.*] Noſtri *blandas.* Mox iidem, excepto tamen primo, *lebetes.*

34. *Bis ſex.*] Hoc eſt in Guelph. pr. Reliqui noſtri obtrudunt *Bis ſeptem.*

35. *Quodque ſuperuacuum.*] Omnes Guelph. adiiciunt *eſt.*

39. *Ab Atrida.*] Guelph pr. ſec. et quart. *ab Atride.* Ita omnes noſtri ſupra v. 29. tenebant *Laërteque.*

40. *Neges.*] Ita Guelph. quart. Ceteri *negas.*

44. *Mollior aura.*] Guelph. pr. *mollior hora*, tert. *mollior adora.*

47. *Vidi ego conſortes*] Guelph. pr. *Vidi et conſortes*: tres *Vidi conſortes.* Mox v. 49. omnes *Vidi quantus erat.*

55. *Scilicet.*] Guelph. ſec. ac tert. *Si licet.* Poſtea omnes *repellar.*

56. *Dentur.*] Noſtri *dantur.*

57. *Fulſerit Eos.*] Iidem *fulſerit hora.*

58. *Linea vela.*] Guelph. pr. ſec. et quart. *lintea vela.*

65. *Phthiis caneſcant.*] Guelph quart. *Pithiis ſpumeſcant.*

71. *Inter Achaïadas.*] Ita Guelph. pr. At ſec. et quart. *Inter et Achaidas*, tert. *Inter et Achadias.*

75. *Trahemus.*] Guelph. pr. *trahamus.*

76. *Colos.*] Guelph. ſec. *colus.*

78. Non

78. *Non erat aequa.*] Ita typothetarum, puto, errore in exemplaribus a Burmanno editis legitur. Sententia requirit et in libris est *erit.*

81. *Dum ne.*] Guelph. pr. sec. et quart. *dum non.*

84. *Ante tuos.*] Guelph. tert. *ante pedes Graecia maesta tuos.*

87. *Aeacida.*] Guelph. pr. *Aeacides*: reliqui *Aeacide.*

88. *Et preme.*] Guelph. sec. ac tert. *Comprime.*

91. *Puta.*] Guelph tert. *putes.*

95. *Bellum erat.*] Nostri *Bello erat.*

106 *Pro patria, cum patriaque.*] Guelph. sec. et quart. *cum patria pro patriaque.*

115. *Et si quis quaerat.*] Guelph. sec. a manu prima *Et si quis quaerit.* Tu vero ocius rescribe, quod in optimo Guelpherbytanorum diserte legitur:

Et quisquam quaerit, quare pugnare recuses?

Si dubitas, adi Heinsium ad amor. III. 8. 1. Sequente versu nostri cum vulgo *noxque Venusque iuuant*, sec. *iuuat.*

120. *Sustinuisse.*] Guelph. sec. et tert. *substinuisse.* Iidem infra v. 142. *substinet.*

121. *Sed tibi.*] Guelph. tert. *Si tibi.*

123. *Bella probabas?*] Guelph. quart. *bella placebant.*

124. *Laus tua.*] Idem *laus tibi.*

132. *Praesentisque.*] Guelph. sec. *Praesentesque*, tert. *Praesentique.* Mox omnes *admonuisse sinu.*

136. *In arma tuis.*] Guelph. tres *ad arma tuis*: quart. *in arma meis.*

142. *Hoc animae.*] Guelph. sec. *haec animi*: quart. *hoc animi.*

143. *Qua si destituor.*] Guelph. sec. tert. et quart. *destituar.*

144. *Nec tibi.*] Guelph. tert. *Non tibi.*

149. *Ah potius.*] Nostri cum prius vulgatis *At potius.*

151. *Melius possis.*] Guelph. sec. *possis melius.*

154. *Domini iure.*] Nostri *domini more.*

AD EPISTOLAM IIII.

1. *Qua.*] Guelph. quart. *Quam*, ſed corrector fecit *Qua.*

11. *Quidquid Amor iusſit.*] Guelph. ſec. *Quicquid iusſit amor.*

25. *Vt a teneris*] Ita Guelph. ſec. Reliqui tres *vbi a teneris.* Statim ſec. *cum diſcitur annis.*

27. *Capies*] Guelph. pr. *carpis.* Reliqui *carpes.*

28. *Fiet*] Guelph. tert. *fiat.*

31. *Si tamen.*] Guelph. pr. *Et tamen.* Tres *Sic tamen.*

33. *Igni.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *igne.*

34. *Abeſt.*] Noſtri *obeſt.*

36. *Videar.*] Guelph. pr. *videt*, ſed a correctore *videor.* Hoc tres reliqui arripuerunt.

37. *Vix credas.*] Guelph. pr. et ſec. *vix credes.* Ita noſter art. III. 439. *Vix mihi credetis.* Deinde Guelph. pr. cum optimo Puteaneo et Argentinenſi codice *ignotas mutor in artes*, quod merito receperat Heinſius. Vide, quae dicentur ad XVI. 96. Tres Guelph. *ignotas mittor in artes.*

39. *Iam mihi.*] Guelph. ſec. et quart. hoc diſtichon proxime ſequenti poſtponunt. Mox omnes noſtri *arcu praeſignis adunco.*

40. *Subſequor.*] Ita Guelph. pr. Tres *ſubſequar.*

41. *Presſisque.*] Guelph. pr. *prenſisque.*

46. *Sequacis.*] Noſtri *fugacis.*

53. *Reddamus.*] Guelph. tert. *reddemus.*

54. *E tota.*] Noſtri *ex tota*: Deinde ſec. tert. et a correctore pr. *petit.*

55. *Europen*] Ita Guelph. pr. Reliqui *Europam.*

63. *Duabus.*] Guelph. ſec. a manu prima, et quart. *duobus.*

67. *Quo vobis.*] Guelph. pr. ſec. ac tert. *quo nobis.* Paullo poſt omnes *Eleuſis.*

81. *Seu vaſtum.*] Noſtri *Seu lentum.*

84. *Noſtra iuuat lumina, quidquid agas.*] E Guelph. pr. *noſtra iuuas lumina*, ex ſec. tert. et quart. *quidquid agis* reſti-

tuo,

tuo. Emendatio prior ſententiae, quae inde progreditur, concinnitate ſatis commendatur; poſteriorem Latini ſermonis obſeruatio vel neceſſariam facit.

85. *Duritiem.*] Noſtri *duritiam.*

87. *Studia.*] Guelph. tert. *ſtudium.*

90. *Feſſaque membra nouat.*] Guelph. quart. *membraque feſſa leuat.*

91. *Tibi ſunt.*] Guelph. ſec. ac tert. *tibi ſint.*

92. *Ceſſes.*] Guelph. quart. *ceſſas.*

93. *Siluis Cephalus.*] Guelph. ſec. *Zephalus ſiluis.* Mox omnes noſtri *per herbas.*

103. *Salebroſa.*] Noſtri *latebroſa.*

104. *Nec obliquo.*] Guelph. pr. *neque.*

106. *Audit.*] Guelph. quart. *ambit.*

108. *Gratior.*] Noſtri *carior.*

110. *Pirithoi.*] Ita ſcriptum eſt in Guelph. quarto. Priores et hic *Perithoi* (tert. *Perithoy*) et v. 112. bis *Perithoum* dederunt. Hoc non ſpreuerim.

111. *Niſi ſi manifeſta negamus.*] Noſtri cum vulg. *niſi nos manifeſta negemus.*

113. *Sola nec haec nobis.*] Guelph. pr. et ſec. *Sola nec haec ad nos*: tert. *Sola nec ad nos haec*: quart. *Sola nec ad hos iniuria*, omiſſo *haec.*

114. *Vterque.*] Guelph. quart. *vtrique.*

118. *Te peperit.*] Guelph. tert. *Te genuit.*

120. *Nec tanto mater.*] Guelph. ſec. *Nec mater tanto.*

123. *Addidit et fratres ex me tibi.*] Idem *Addidit ex me fratres tibi.*

127. *Sic meriti.*] Guelph. pr. *ſi meriti:* ſec. ac tert. *immeriti.* quart. *et meriti.* In proximo tres poſteriores *lectum vereare parentis.*

128. *Abdicat ille ſuis.*] Guelph. pr. *ipſe:* Hoc reſtituiſſet Heinſius, ſi ei per codices licuiſſet.

139. *Amplexos.*] Noſtri cum vulg. *amplexus.*

141. *Dabitur reſeranda.*] Iidem *duri reſeranda.*

142. *Non custos.*] Ita Guelph. pr. Tres *Nec custos.*

147. *Tolle moras tantum.*] Guelph. quart. *Tolle moras oro.* Deinde pr. *properataque gaudia*, quod merito placebat Heinsio.

155 *Relinquit.*] Nostri *reliquit.*

157. *Quo mibi, quod.*] Guelph. tres *Quid mihi sit*: tert. *Quid mihi si.*

158. *Quod veniant.*] Guelph. tert. *Qui veniat*: quart. *Quid veniant* Idem postea *Quid sit auus.*

159 *Radiis frontem vallatus.*] Guelph. sec. et quart. *velatus*, tert. *frontem radiis vellatus.*

160. *Tepidum.*] Guelph. tert. *tepido.*

164. *Regia tota meo.*] Guelph. pr. *mea.*

165. *Flecte feros animos.*] Guelph. sec. ac tert. *ferox.*

171. *Sic faueant Satyri.*] Guelph. quart. hoc distichon hinc sublatum post versum 174. collocat. In eodem pro *Satyri*, antiquo more *saturi* scriptum est.

175. *Addimus his lacrimas precibus.*] Guelph. pr. et sec. *Addimus his precibus lacrimas*: tert. *Addimus his verbis lacrimas.* Deinde quart. *cum verba precantis.* In proximo pr. ac tert. etiam a correctore sec. *Perlege et lacrimas*: sec. a manu prima, et quart. *Perlegis et lacrimas.*

AD EPISTOLAM V.

1. *Prohibet noua.*] Guelph. pr. *prohibet tua*, tert. *noua prohibet.*

11. *Adsit reuerentia vero.*] Guelph. pr. *absit reuerentia vero*, sec. *adsit reuerentia veri*, quart. *absit reuerentia veri.*

16. *Defensa.*] Guelph. pr. et quart. *Deprensa*, duo *Depressa.*

20. *Per iuga longa.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *per iuga summa.*

23. *Et quantum trunci.*] In Guelph. sec. et quarto hoc distichon proxime sequenti postponitur.

24. *Sur-*

24. *Surgite recta.*] Adiectum vocabulum *recta* cum substantiuo *trunci* iungere per leges grammaticas non licet. Idem ad *nomina* si referas, sententia claudicat. Bonis auibus igitur e Guelph. sec. et quarto reducimus:

Crescite, et in titulos surgite rite meos.

Corruptionis ansam dedit interpretatio *recte*, quam glossator aliquis aduerbio *rite* adscripserat.

25. *Populus est.*] Hoc distichon Guelph. pr. deest. Postea sec. *fluuiali conscia riuo*, tert. et quart. *consita riuo*.

28. *Carmen habes.*] Guelph. quart. *nomen habes*.

30. *Xanthi.*] Guelph. pr. *Xancti*, ceteri *Xanti*. Similiter versu proximo *Xancte*, siue *Xante*. Et magno consensu monumenta vetusta adspirationem in hoc nomine aspernantur.

36. *In arbitrium.*] Guelph. tert. *in arbitrio*, et paullo post *tuo*.

41. *Classe peracta.*] Nostri *parata*.

49. *Ah quoties.*] Guelph. sec. tert. et quart. *Ha*. Deinde quart. transponit *vento cum te*.

55. *Prosequor.*] Guelph. tert. *Persequor*. Idem postea *albentia vella*.

60. *Hei mihi.*] Guelph. pr. cum melioribus Heinsii *Et mihi*.

69. *Non satis id fuerat.*] Interrogandi nota his verbis adponenda videtur. Dicit Oenone, haec visa, nisi male sana fuisset, sibi debuisse sufficere, neque exspectandum fuisse, dum tristiore etiam spectaculo oculi sui vulnerarentur.

73. *Iden.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *Idam*.

74. *Illinc.*] Nostri *Illuc*.

76. *Ipsa ferat.*] Guelph. quart. *Illa ferat*.

77. *Nunc tibi conueniunt.*] Guelph. sec. *Et tecum veniant*: tres *Nunc tecum veniunt*.

78. *Toros.*] Male nostri *viros*.

86. *Possint.*] Nostri *possunt*: quart. *quae possunt sceptra tenere*.

95. *Censeat.*] Guelph. quart. *suadeat*.

97. *Rudimentum.*] Guelph. ſec. tert. et quart. *rudimentum eſt.*

98. *Mouet.*] Guelph. tert. *parat.*

99. *Si ſapias.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *ſi cupias.*

104. *Laeſa pudicitia eſt.*] Verbum *eſt* non comparet in Guelph. quarto.

109. *Succi.*] Antiquam orthographiam *ſuci* Guelph. pr. ac tert. ſequuntur.

111. *Quam ſumma.*] Guelph. ſec. *quam in ſumma.*

113. *Hoc tua.*] Idem *Haec tua.*

116. *Bubus.*] Ita Guelph. pr. Tres *bobus.*

117. *Graia.*] Guelph. quart. et hic, et verſu ſequente *Graeca.*

119. *Di, mergite.*] Noſtri *demergite.*

123. *Ah nimium.*] Guelph. ſec. tert. et quart. *Ha nimium.* Deinde omnes noſtri transponunt *miſerae vates.*

124. *Illa iuuenca.*] Guelph. pr. *Graia iuuenca.*

125. *Adultera certe eſt.*] Guelph. quart. *vere eſt.*

126. *Deſeruit patrios.*] Noſtri quoque omnes *Deſeruit ſocios*, quod iure praetulerat Heinſius.

128. *Ante.*] Ita Guelph. pr. a correctore. At a librario *arte*, quod etiam reliqui tres tenent.

131. *Veles.*] Guelph. quart. *celes.*

136. *Quaeſierunt.*] Noſtri *Quaeſierant.*

143. *Aurumue.*] Omnes Guelph *aurumque.*

146. *Ad ſua dona.*] Guelph. ſec. ac tert. *in ſua dona.*

147. *Medenti.*] Noſtri *medendi.*

150. *Deficior.*] Guelph. quart. *Deſtituor.*

151. *Pheraeas.*] Guelph. pr. *fereas*, ſec. ac tert. *phareas*, quart. *per herbas.*

152. *A noſtro.*] Guelph tert. *ex noſtro.* Reliqui *e noſtro.*

153. *Quod neque.*] Guelph. pr. et ſec. *Quod nec.* Mox ſec. tert. et quart. *fecunda creatis.*

158. *Et tua, quod ſupereſt.*] Guelph. ſec. *Et quod nunc ſupereſt.*

AD

AD EPISTOLAM VI.

3. *Ipſum.*] Noſtri *ipſo.*

6. *Cum cuperes.*] Guelph. pr. *Dum.*

7. *Quamlibet.*] Guelph. omnes, ſed pr. a correctore, *Quaelibet.*

9. *Quam nuntia littera.*] Guelph. pr. *de te quam littera.*

10. *Marti.*] Noſtri *Martis.*

15. *Haec ego.*] Guelph. pr. et quart. *Hoc ego.*

17. *Quid queror.*] Guelph. pr. *Cur queror.*

20. *Parte recepta.*] Guelph. tert. et quart. *parte futura.*

26. *In oppoſita.*] Guelph. ſec. *et appoſita*, quart. *et oppoſita.* Deinde idem *lumina fixit humo.*

27. *Ruptis.*] Ita Guelph. pr. et quart. Duo *raptis.*

28. *Trahunt.*] Guelph. pr. *vocant.*

31. *Vt rediit animus.*] Hoc tuetur Guelph. ſec. Reliqui *Vtque animus rediit.*

32. *Aënipedes.*] Guelph. pr. ac tert. *aeripedes*, ſec. et quart. *et eripedes.*

35. *Terrigenas.*] Guelph. ſec. *Terrigenos.*

37. *Deuicto ſerpente.*] Omnes Guelph. *Deuictus ſerpens.* Deinde ſec. *iterum ſi viuit Iaſon.*

40. *Vulnera facta ſuo.*] Guelph. pr. ac tert. *vulnera noſtra ſuo*, quod viris doctis merito probatur.

41. *Heu.*] Guelph. pr. et quart. *Heus.*

43. *Non ego ſum furto.*] Guelph. pr. transponit *Non ego furto ſum.*

49. *Villo.*] Guelph. quart. *fuluo.* Deinde pr. ſec. et quart. *ſpectabilis auro.*

50. *Nec ſenis.*] Guelph. ſec. *Non ſenis.*

51. *Mala fata.*] Guelph. pr. ſec. et quart. *mea fata.*

54. *Ripa.*] Noſtri *vita.*

56. *Bisque aeſtas.*] Guelph. pr. et quart. *bis aeſtas.*

59. *Recurſus.*] Guelph. ſec. *recurſum.*

61. *Grauida.*] Idem *grauido.*

63. *Ha-*

63. *Hactenus.*] Guelph. tert. *Hac tenus.* Deinde omnes *in falſa cadentibus ora.*

65. *Argo.*] Guelph. pr. ſec. et quart. non hic ſolum, ſed infra etiam XII 9. dederunt *Argon.* Eadem varietas in huius vocabuli declinatione adnotatur ex codicibus Cic. de nat. deor. III. 16. Ita infra VII. 7. et 133. in Guelph. omnibus et in multis Burmanni libris eſt *Didon.* Etiam ad ep. XV. 217. ex libro Scriueriano adnotabimus *Sapphon.* Et in carm. Priap. LXVIIII. 15. MS. Gudianus exhibet *Calypſon.* Quum a rectis Ἀργὼ, Διδὼ, Σαπφὼ, Καλυψὼ Dores atque Aeoles accuſandi caſu Ἀργῶν, Διδῶν, Σαπφῶν, Καλυψῶν dixerint: Latinos, ea forma ſeruata, horum ac ſimilium nominum accuſatiuos ſyllaba *on* producta interdum terminaſſe, haud incredibile eſt. Adde, quae dicentur ad XV. 3.

68. *Adſpiciuntur.*] Guelph. pr. *inſpiciuntur*, quart. *conſpiciuntur.*

69. *In latus.*] Guelph. quart. *Eſt latus.*

70. *Madent.*] Guelph. ſec. *madunt.*

73. *Addo.*] Noſtri *Adde.* Mox quart. *immixtaque vota pudori.*

77. *Perdo.*] Guelph. omnes, ſed primus a correctore, *perdam.*

78. *Concidat.*] Guelph. pr. *concidet*, ſec. *concitet.*

81. *Argolidas.*] Noſtri *Argolicas.*

82. *Non expectata.*] Iidem *Non exſpectato.*

83. *Meritisue.*] Guelph. omnes *meritisque.* Vide ſupra ad II. 90. et Burmannum ad metam. III. 492.

85. *Curru.*] Noſtri *curſu.* Deinde ſec. *reducere.*

86. *Abdere.*] Guelph. ſec. et quart. *addere.*

89. *Paſſis discincta.*] Guelph. ſec. et quart. *ſparſis*, tert. *parſis.* ſec. *diſtincta.*

91. *Figit.*] Noſtri *fingit.*

93. *Et quae.*] Guelph. ſec. *Et quod*, tert. *Et quoque.* Poſtea omnes, ſed ſec. a correctore, *mage quaeritur.*

94. *Mo-*

94. *Moribus.*] Guelph. pr. ac tert. *Mobilis*, ſec. *Nobilis*.

100. *Se fauet.*] Guelph. ſec. et quart. *Se facit.*

103. *Phaſias Aeetine*] Guelph. pr. *faſias ete*, ſec. et quart. *phaſis oete*, tert. *phaſias dede.*

106. *Non pater, a gelido.*] Guelph. pr. *Non probat, a gelido.*

107. *Tanai.*] Guelph. pr. ac tert. *Tanais*, ſec. *Danays*, quart. *Thanays* Paullo poſt omnes noſtri *paludibus vndae.*

108. *Phaſidos.*] Guelph. pr. et ſec. *phaſidis*, tert. *faſidis*.

109. *Aeſonide.*] Guelph. pr. ac tert. *eſonides*; ſec. *exonide.*

110. *Pollicito pondere*] Noſtri omnes *Polliciti*; ſec. *pondera.*

111. *Hinc ieras, vir non.*] Guelph. quart. *hinc aberas, cur non.*

118. *Me quoque res tales.*] Guelph. pr. *Me quoque quod tales*, ſec. *Me quoque tales*, tert. *Me quoque quid tales*, quart. *Me quoque tu tales.* Equidem ſeruata ſcriptura, quae ab editoribus ex bonis libris recepta eſt, *res tales* interpretabar poſſesſiones, quae ſint ingenioſae colenti. Cum fertilitate fundi fructuoſi fecunditatem ſuam Hypſipyle comparare, et hanc explicationem ea, quae proxime ſequuntur, magno opere ſuadere videbantur. Nunc vero, eamdem ſententiam a Io. Frid. Gronouio obſeruationum lib. IIII. cap. 15. iam pridem dictam esſe, reperio.

125. *Legatis quos pene dedi.*] Guelph. ſec. *Legandos*. Reliqui noſtri cum plerisque MSS. aliorum tenent *Legatos*, quod ante Burmannum edebatur et longe ſuauius erat. Sententia eſt: Non multum aberat, quin paruulos meos famulis ad te ferendos darem, vt esſent legati pro matre. Horum enim aſpectus et balbutientium deprecatio patrem, niſi omnem humanitatis ſenſum exuisſet, plus moueret, quam cuiusuis legati vel diſertisſima oratio.

126. *Coeptas.*] Guelph. pr. *captas.*

129. *Laniata.*] Noſtri *lacerata.*

131. *Colchisque.*] Copulam ignorat Guelph. ſec.

132. *Hypſipyles.*] Guelph. ſec. *yſiphyle.*

135.

135. *De caede.*] Guelph. pr. *de clade.*

137. *Quid refert.*] Guelph. pr. et quart. *quid referam.* Deinde pr. *vincet*, ſec. et quart. *vincat.* Idem deinde *et ipſa.*

140. *Quamlibet iratis.*] Guelph. pr. *Quodlibet ad facinus*, ſec. et quart. *Quaelibet iratis.* E tertio verba haec cum proxime praegresſo hemiſtichio exciderunt. Nimirum in exemplari, ex quo codex ille propagatus eſt, ſcriptum fuit *Quodlibet ad facinus.* Ita repetitio vocabuli *facinus* librario fraudi fuit. Nihil ſanum in his agnoſcas. Ne Puteanei quidem codicis ſcriptura, quam prodidit Heinſius, attento lectori ſatisfacere posſit. Locum enim hic plane non habet *Quamlibet iratis*, quod esſet quantumlibet iratis. Suſpicor itaque, vocem *iratis* e glosſa irrepſisſe, quum dedisſet Ouidius *Quamlibet inualidis*, aut ſi mauis *Quamlibet infirmis.* Ita ſimilis ſententia erit illi amor. I. 7. 66.

Quamlibet infirmas adiuuet ira manus.

Eſt autem *arma dare* non ſolum tela ſuppeditare, ſed etiam ad arma concitare. Noſter amor. II. 12. 23.

Femina Romanis, etiam nunc vrbe recenti,
Immiſit ſoceros, armaque ſaeua dedit.

143. *Comitata.*] Guelph. pr. cum Puteaneo et aliis *comitante.*

144. *Hiſcere nempe tibi terra roganda foret.*] Guelph. pr.

Hiſcere nonne tibi terra roganda fuit?

Scio quidem, *foret*, pro fuisſet, probe dici posſe, idque Ouidii auctoritate tuetur Burmannus ad epicedion Druſi v. 417. Eadem tamen ſignificatione, nec minus eleganter, *fuit* ab optimis vſurpatum esſe, vincent ea, quae infra ad ep. XVII. 170. dabo.

146. *Perfidiae.*] Guelph. pr. tert. et quart. *Perfide quo*, ſec. *Perfice quo.*

147. *Per me tutus.*] Guelph. quart. *tutus per me.*

151. *Si quid.*] Guelph. pr. et quart. ſed ille poſt raſuram, *ſi quis.*

152. *Iuſtus ades.*] Omnes noſtri *adeſt.*

153.

153. *Subnuba.*] Ita Guelph. pr. Tres *ſuccuba.*

154. *Sanciat.*] Guelph. pr. *nunciat*, a correctore *ſenciat.* Tres *ſentiat.*

155. *Deſtituor coniux.*] Guelph. tert. *deſtituor mater, materque duorum.*

156. *Aque viro*] Noſtri *illa viro.*

162. *Inops, exſpes.*] Ita Guelph. pr. At ſec. ac tert. *inops, expers*: quart. *inops mentis.*

AD EPISTOLAM VII.

3. *Noſtra ſperem.*] Guelph. quart. transponit *ſperem noſtra.*

5. *Sed merita et famam.*] Noſtri *Sed meriti famam.*

7. *Dido.*] Iidem *Didon.* Vide ſupra ad ep. VI. 65.

8. *Ferent.*] Male Guelph. pr. *ferunt.*

12. *Summa.*] Guelph. quart. *regna.*

15. *Quis eam tibi tradet habendam?*] Peropportune Guelph. ſec. *quis enim tibi tradet habendam?* Hoc ita explicandum eſſe exiſtimo: Finge, id tibi contingere, *vt terram*, quam ſequeris, *inuenias*, ne ſic quidem voti tui compos eris. *Quis enim tibi tradet habendam?* Coniunctionum cauſſalium elegantem hunc vſum grammatici in Graecorum particula γὰρ ſatis illuſtrauerunt. Noſter metam. III. 262.

Profeci quid enim toties per iurgia? dixit.

16. *Tenenda.*] Guelph. pr. ante correctorem *terenda.*

17. *Alter habendus amor tibi reſtat et altera Dido.*] Guelph. pr.

Alter amor tibi et elſtat [ſic] *habenda et altera Dido.*

ſec.

Alter amor tibi reſtat et altera Didon habendus:

tert.

Alter amor tibi et extat habendus et altera Dido:

quart.

Alter amor tibi reſtat habendus et altera Dido.

Hic verborum poſitus valde placet, meisque auribus κατὰ τρίτον τροχαῖος in hoc verſu mirifice blanditur.

21.

21. *Omnia vt eueniant.*] Ita Guelph. tert. Cum vulgatis pr. et quart. *Omnia si veniant:* sec. *Omnia subueniant.* Deinde quart. *nec te tua fata.*

24. *Vt pia fumosis.*] Vt plerique, ita etiam Guelpherbytani libri, hunc et sequentem versum temere omiserunt.

26. *Aenean.*] Guelph. pr. *Aeneanque*, quart. *Aeneamque.*

29. *Cogitnt.*] Guelph. sec. et quart. *cogitet.*

30. *Sed queror.*] Guelph. tert. *Conqueror.*

33. *Aut ego, quem coepi.*] Guelph. pr. et sec. *Aut ego quae;* sed ille a correctore, qui scripturam priorem eraserat.

35. *Fallor; et ista.*] Guelph. pr. sec. et quart. *ipsa.*

40. *Quod.*] Nostri *Quo.*

42. *Concitet.*] Bene Guelph. pr. *concitat.*

43. *Quod tibi maluerim.*] Guelph. pr. *Quid* (a correctore *Quod*) *tibi debueram:* sec. *Quod tibi malueram:* tert. *Quid tibi malueram:* quart. *Quae tibi malueram.* Non temerarium videtur *debueram*, quod ex optimo codicum nostrorum adnotaui. Fallor, aut reponendum est:

Quod tibi debuerim, sine me debere procellis.

Repetitiones eorumdem verborum, quibus noster mirum in modum delectatur, librariis innumeros locos corrumpendi occasionem dederunt. Vide infra ad XVIII. 125.

45. *Quamuis merearis, inique.*] Guelph. pr. *quod non censeris iniqui:* sec. *quod tu mediteris inique:* tert. *quod non cess,* omissis reliquis: quart. *quamuis mediteris inique.*

48. *Si dum me careas.*] Guelph. pr. et quart. *Si dum me fugias*, sec. *Si me dum fugias*, tert. *Si me dum careas.* Deinde quart. *est tibi velle mori.*

50. *Caeruleis.*] Guelph. quart. *Ceruleus.*

53. *Quid? si nescieris.*] Hoc in tribus libris a se repertum amplexus est Heinsius. Idem copiose docet, verbi *nescieris* extremam syllabam recte produci. Miror tamen, acutissimum virum in loco, qui ne correptam quidem syllabam penitus aspernatur, magis de quantitate vocalis, quam de

eo

eo sollicitum fuisse, quod, admissa illa scriptura, soloecismus Ouidio videtur impingi. Quamuis probe dicimus *Quid* (facies) *si cognoueris?* ridiculus tamen foret, si quis dicat *Quid* (faceres) *si nescieris?* Retinendum igitur puto *nescires*, quod et plerique aliorum, et Guelph. omnes codices praeferunt. Simili modo loquitur Dido apud Virg. Aen. IIII. 311. seqq.

— — Quid si non arua aliena domosque
Ignotas peteres, et Troia antiqua maneret;
Troia per vndosum peteretur classibus aequor?

Ibid. *Possint?*] Omnes nostri *possunt*.

54. *Quam male credis aquae?*] Guelph. sec. *iam male*, quod non spreuerim. Praefero tamen ex pr. tert. quart. et ex libris ante Burmannum vulgatis *tam male*. Hoc placebit, si interpungas:

Expertae toties, tam male, credis aquae?

Est autem *tam male expertae*, tam infeliciter, tanto cum tuo malo expertae. Vid. Cortii adnot. ad Sallust. Iug. LIIII. 7.

59. *Amoris.*] Nostri cum vulg. *Amorum*.

60. *Cytheriacis.*] Guelph. quart. *Cythereis*.

64. *Ferare.*] Nostri *ferere*.

65. *Rapido.*] Cum duobus Heinsii Guelph. sec. *trepido*.

68. *Phrygia.*] Guelph. pr. *Tyria*.

71. *Quidquid id est.*] Vt Puteaneus Heinsii, ita Guelph. pr. *Quid tanti est?* Guelph. sec. *Quicquid erit*. Deinde quart. transponit *merui totum*. Paullo post pr. sec. et quart. *dices*.

75. *Nec mihi parcatur.*] Hoc Guelph. tert tuetur. Male pr. *Nec mihi tu curae*, sec. et quart. *Nec mihi tu parcas*.

79. *Nec quae mihi.*] Guelph. sec. *nec mi quae*.

80. *Paterque.*] Idem et quart. *paterna*.

81. *Nec enim.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *neque enim*.

82. *Plector.*] Guelph. pr. ac tert. *plectar*.

83. *Si quaeras.*] Guelph. sec. *Si quaeris*.

84. *A duro.*] Idem *a diro*.

85. *Haec mihi narraras.*] Guelph. pr. *Hoc mihi narraras.* Reliqui *Hoc mihi narrabas.* Deinde pr. et quart. *at me mouere*: ſec. *at ſocii me mouere*: tert. *ad me nouere.* Puto ſcripſerat Ouidius *An me mouere?*

86. *Vre.*] Guelph. pr. *Inde*: tres *Illa.*

87. *Tua numina.*] Guelph. ſec. *mea numina.*

95. *Vocem.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *voces.*

97. *Sichaeo.*] Guelph. pr. *Sychei*, ſec. et quart. *Sicheu*, tert. *Sichey.* Neſcio quid vlceris latet. Vocalem Graecam in nomine Sychaei ſcribendo non hic ſolum, ſed infra quoque v. 99. et 193. Guelph. pr. conſtanter ſeruat. In poſtremo loco etiam Guelph. tert. accedit. Conſentiunt et Graeci ſcriptores, et Virgilii codices antiquisſimi.

98. *Ad quem.*] Noſtri omnes *Ad quas.*

100. *Adpoſitae.*] Iidem *Oppoſitae.*

101. *Citari.*] Guelph. quart. *vocari.*

103. *Venio, venio.*] Guelph. quart. *venio quondam*, Deinde tert. *tibi dedita.*

104. *Sed tamen admisſi.*] Omnes Guelph. *Sum tamen.* Deinde pr. tert. et quart. *amisſo*, ſec. *admisſo.* Tum pr. ſec. c tert. *tarda pudore meo*: ſed tert. a correctore, quum librarius dedisſet *mei*, quod etiam in quarto reſtat.

108. *Rite dedere viri.*] Repone ex Guelph. pr. *rite dedere tori.* Vid. Heinſ. ad ep. XVIIII. 100. et Burm. ad ep. V. 78.

111. *Vitaeque nouisſima noſtrae.*] Guelph. quart. *noſtraeque nouisſima vitae.*

112. *Perſequitur.*] Omnes noſtri *Proſequitur.*

113. *Internas.*] Iidem *in terras.*

118. *Emo.*] Inepte noſtri *emi.*

119. *Fixi.*] Guelph. tert. ante correctorem, et quart. *finxi.*

122. *Et arma.*] Guelph. ſec. *ad arma.*

124. *Suis.*] Guelph. pr. et quart. *meis.*

126.

126. *Praebuerim.*] Guelph. tert. a manu prima, et quart. *Praebueram.*

127. *Possit.*] Guelph. sec. ac tert. *poscit.*

128. *Respergi.*] Guelph. quart. *Respargi.*

133. *Dido.*] Nostri *Didon.* Postea pr. et quart. *relinques*: duo *relinquis.*

136. *Nato.*] Nostri *nati.*

139. *Sed iubet.*] Guelph. pr. et sec. *Si iubet.*

143. *Tibi erant.*] Guelph. quart. *fuerant.* Haud infacete.

145. *Simoënta petis.*] Guelph. pr. *bibis.* Mox pr. et quart. *Tibridis*, sec. *Tybridis*, tert. *Thybridis.*

147. *Vtque latet vitatque.*] Guelph. sec. *Vtque latet refugitque.* Mox in tribus est *obstrusa.* In quarto vero haec ita transformantur:

Vtque iuuet velumque tuas ventusque carinas.

149. *Hos potius populos.*] Guelph. sec. tert. et quart. *Hos populos potius.* Deinde sec. *in dote.*

150. *Aduectas.*] Guelph. quart. *adductas.*

152. *Hancque, locum regni, sceptraque sacra tene.*] Guelph. pr. sec. et quart. *Inque loco regis*: tert. *Inque locum regis.* Optime primus:

Inque loco regis regia sceptra tene.

In repetitione eorumdem aut similium verborum saepe turbant librarii. Vide supra ad v. 43. Carthaginem Dido vocat *locum regis*, id est locum maiestatis regiae capacem. Ita trist. I. 5. 70. dicitur

— — *imperii Roma deumque locus.*

153. *Est belli.*] Guelph. sec. *belli est.*

155. *Ne quid desit*] Idem et quart. *desit ne quid.*

157. *Matrem.*] Nostri *patrem.*

160. *Damnis.*] Iidem *damni*, et postea *tui.*

165. *Non ego sum Phthias.*] Guelph. pr. *pytia*, sec. *pithya*, tert. *pythia*, quart. *Non ego de pithia.* Deinde pr. tert. et quart. *magnisque oriunda*, sec. *magnis oriunda.*

166. *Nec fleterunt.*] Guelph. fec. *Non fleterant.* Tres *Nec fleterant.*

168. *Quodlibet esse feret.*] Guelph. fec. *qualibet*, tert. *quidlibet.* Malim cum pr. et quart. *quaelibet.*

172. *Nunc leuis eiectam.*] Guelph. tert. *Set leuis.* Eft vero *eiectam*, fi portu eiicitur.

173. *Certius ibis.*] Guelph. pr. et quart *ferius ibis.*

174. *Si cupies.*] Ita nofter tert. Reliqui *fi cupias.*

177. *Praebebimus vltra.*] Guelph. pr. fec. et quart. *debebimus vltra.* At tert. *debebimus vltro*, quod ex melioribus libris merito receperat docteque explicauerat Heinfius. *Vltro* fonat *infuper.* Cicero pro Quinct. cap. 23. *Vnus fuit affinis, focius, necesfarius, Sex. Naeuius, qui cum ipfe vltro deberet,* cet. Nofter amor. III. 3. 31. feq.

Formofas fuperi metuunt offendere laefi:
Atque vltro, quae fe non timuere, timent.

Adde Cort. ad Salluft. fragm. hiftor. lib. III. p. 965.

179. *Dum freta mitefcunt.*] Guelph. pr.

Dum freta mitefcant, et amor dum forte tepefcat,
Fortiter edifcam triftia posfe pati.

fec. et quart.

Dum freta mitefcunt, et amor dum temperet vfum.

tert.

Dum freta mitefcunt, et amor dum temperat vfum.

181. *Sin minus.*] Ex omnibus Guelpherbytanis reftituo *Si minus.* Vid. Heinf. ad remed. v. 478.

189. *Primo.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *primum.* Mox fec. *pectora bello.*

191. *Meae male confcia.*] Guelph. quart. *vale male confcia.*

195. *Causfam.*] Guelph. fec. *caufas.*

AD EPISTOLAM VIII.

1. *Adloquor.*] Hoc Diftichon a Guelpherbytanis etiam libris abeft.

5. *Re*

5. *Renui.*] Guelph. quart. *feci.*

8. *Puella ſuo eſt.*] Verbum *eſt*, quod in Guelph. pr. ac tert. non comparet, transponit quart. hoc modo:

Haec tibi ſub domino eſt, Pyrrhe, puella ſuo.

9. *Oreſtae.*] Cum Patauino Heinſii Guelph. pr. *horeſti.* Reliqui tres dederunt *horeſtis.*

15. *Oreſte.*] Guelph. pr. *horeſte*, ſec. tert. et quart. *horeſtes.* Deinde ſcripti noſtri *Inice*, pro *Iniice.*

18. *Arma feras.*] Guelph. ſec. et quart. *feres.*

20. *Cui pia*] Etiam in Guelpherbytanis libris hic pentameter vna cum ſequente hexametro omisſus eſt. Nimirum initia ſimilia verſuum 19. et 21. librarios in errorem induxerunt.

23. *Nec tu.*] Guelph. ſec. et quart. *Non tu.* Poſtea tert. *parabis.*

24. *Numeros.*] Noſtri *numerum.*

25. *Marito.*] Guelph. quart. *marito eſt.*

31. *Tyndareos.*] Noſtri *Tyndareus.*

33. *At pater Aeacidae promiſerit.*] Haec eſt codicis Puteanei ſcriptura. Noſtri cum prius vulgatis *promiſerat*, quart. *Me Pater Aeacidae promiſerat.* Crediderim, Naſonem ſcripſisſe:

Vt pater Aeacidae promiſerit inſcius acti;
Plus quoque, qui prior eſt ordine, posſet auus.

In omnibus noſtris legitur *posſet*, quod quum antea *posſit* ederetur, ex libris praeſtantioribus merito reuocauerat Heinſius.

39. *Permittet.*] Guelph. pr. ac tert. *concedit*, corrector primi, ſecundus et quartus *concedet.*

41. *Pater, es.*] Guelph. tert. et quart. *pater eſt.* Deinde omnes *quas gesſerat olim.*

43. *Patriis.*] Guelph. tert. *patris.*

44. *Acta.*] Guelph. ſec. *fata.* Tres *facta.*

50. *Illa pater.*] Noſtri *illa patrem.*

52. *Non lecta.*] Guelph. ſec. *Nec lecta.*

59. *Quidquamne obiectet Oreſtae.*] Noſtri *quisquamne obiecit horeſti.*

61. *Diffundimus iram.*] A manu prima Guelph. pr. *diſpargimus iras.* Deinde idem *Inque ſinum lacrimae.*

63. *Has ſolas habeo.*] Guelph. pr.

Has ſolas habeo ſemper, ſolasque profundo.

ſec. ac tert.

Has ſemper ſolas habeo, ſemperque profundo.

quart.

Has ſolas ſemper habeo, ſemperque profundo.

65. *Hoc generis fato.*] Ita Guelph. pr. cum libris melioribus. Reliqui cum vulg. *fatum.*

69. *Distinet.*] Guelph. pr. *deſtinat.* Tres *detinet.*

72. *Taenaris.*] Noſtri et hic, et verſu ſeq. *Tyndaris.*

73. *Trans aequor.*] Guelph. omnes cum vulg. *trans aequora.*

77. *Phoebeque ſoror.*] Guelph. tert. *Phebiti ſoror.* Reliqui *flebatque ſoror.*

79. *Etiam nunc.*] Guelph. pr. *etiam tum*: ſec. et quart. *etiam tunc.*

81. *Nam coniux.*] Guelph ſec. *Iam coniunx.*

84. *Pater*] Guelph. quart. *parens.*

85. *Nec iam placuisſet.*] Guelph. pr. et quart. *nec nunc*, quod verum eſt: tert. *nec non.*

88. *Quod mihi, vae miſerae.*] Guelph. quart. *Quodque mihi miſerae.*

89. *Pater arma ferebat.*] Hoc Guelph. pr. ac tert. confirmant. ſec. et quart. cum vulg. *gerebat.*

94. *Nec gremio ſedi.*] Guelph. quart. *Nec ſedi gremio.*

99. *Helenen.*] Guelph. pr. et quart. *helenam*, ſec. *elenem*, tert. *helenē.*

100. *Tibi nata*] Noſtri cum vulg. *tua nata.*

102. *Ni pro ſe pugnet.*] Cum Puteani libro Guelph. tert. *pugnat.*

103. *Raptam.*] Noſtri cum prius editis *captam.*

104.

104. *Munus et hoc nobis.*] Guelph. pr.

Hoc munus nobis diruta Troia tulit,

quod mihi magno opere placet. Hermione ſperabat fore, vt Troia diruta munus ipſi *ferret:* id eſt, vt muneris a reduce ac victore parente ſibi dandi cauſſam atque occaſionem diruta Troia praeberet. Hac ſpe fruſtrata queritur, Troiam dirutam, pro munere, quod exſpectauerat, maximum infortunium ſibi attuliſſe. Longius a vera ſcriptura aberrauerunt Guelph. ſec. *Et minus nobis*, a correctore *Et minus a nobis:* tert. et quart. *Et minus a nobis.* Deinde ſec. et quart. *diruta Troia fuit:* tert. duplici ſcriptura in contextum recepta, *diruta Troia dedit fuit.*

110. *Sicut ab hoſte, virum.*] Noſtri cum vulg. *viro.*

115. *Oreſtae.*] Iidem *horeſtis.*

117. *Iuro.*] Male Guelph. ſec. et quart. *oro.*

118. *Qui ſua regna.*] Ita Guelph. quart. Reliqui *et ſua regna.*

120. *Quod ſe ſub tumulo.*] Guelph. pr. *Quod ſic ſub tumulo.* Neque immerito haec ſcriptura Burmanno verior viſa eſt. Guelph. quart. *Quae ſe ſub tumulo.*

AD EPISTOLAM VIIII.

9. *Velit.*] Guelph. pr. et ſec. *venis*, tert. *venit.* Deinde quart. tranſponit: *cui ſi nox creditur vna.*

12. *Haec humili ſub pede colla tenet.*] Ita Guelph. quart. ſolus ex noſtris. Reliqui *humilis* exhibent, et in pr. gloſſa adſcripta eſt *tui.* Ita *humilis* erit proſtrati, humi iacentis. Nihil tamen muto. *Pes humilis* lectorum animis pulchre repraeſentat humilitatem eius, cuius collo pes impoſitus eſt. Poſſis etiam interpretari *pes humilis*, qui facit humilem. Ratione haud admodum diſſimili *humilis pauor* legitur apud Virgil. georg. I. 331.

17. *Prior.*] Noſtri *prius.*

18. *Fulcit.*] Hoc eſt in Guelph. pr. et quarto, ſed in iſto a correctore. Librarius enim dederat *fulſit*, quod ſec.

ac tert. etiam tenent. Praeſentis temporis hic maior eſt ſignificatio, quam praeteriti. Vtrumuis tamen elegeris, non repugnabo; modo non (quod Burmanno fieri poſſe viſum eſt) *fulcit* per craſin pro *fulciit* dictum accipias.

19. *Quid, niſi.*] Guelph. pr. et quart. *Quid tibi.* Mox pr. *pudoris.*

20. *Si macula ſtupri facta priora notas?*] Guelph. pr. cum prius vulgatis:

Si cumulos ſtupri facta priora nota.

Ita eſt etiam in ſec. ac tertio, niſi quod in vtroque hoc *ſtrupi* pro *ſtupri* ſcriptum eſt. Hoc fauere videtur elegantiſſimae coniecturae Heinſii, Ouidium ſcripſiſſe ſuſpicantis:

Si maculas turpi facta priora nota.

Vocabulo *ſtupri* nullus hic eſt locus. Non enim ſtupratam Iolen, ſed iugi ab Iole accepti longe foedius crimen Herculi Deianira exprobrat. Guelph. quart.

Si maculas ſtupri facta priora nota.

24. *Diſſimiles.*] Guelph. quart. *diſſimilis.*

27. *Nominer.*] Omnes noſtri *nominor.*

29. *Veniant.*] Iidem *veniunt.*

31. *Ferentem.*] Ita Guelph. quart. Reliqui *ferentes.*

32. *Si qua voles.*] Guelph tert. *Si qua velis.* Sed recentiſſimi quique libri contra morem veterum poſt *ſi* coniunctiuum vbique inculcare ſolent.

35. *Ipſa domo vidua.*] Guelph. pr. a librario habet *domi* Hinc pronum eſt coniicere, olim ſcriptum fuiſſe *domi viduae.* Guelph. tert. *domo in vidua.* Mox ſec. et quart. *operoſa pudicis.*

37. *Aproſque.*] Hoc eſt in Guelph. tert. Reliqui copulam omittunt.

38. *Et eſuros terna per ora canes.*] Guelph. pr. tert. et quart. *et haeſuros*, ſec. et *exuros.* Deinde pr. *cerno per ora canes*, ſec. et quart. *cerno per oſſa canes.* Codex vero tertius hemiſtichion illud plane omiſit. Magnas gratias Ouidius hoc quoque nomine debet Heinſio, quod *terna* pro *cerno* ex

Putea-

Puteaneo libro restituit. Id satis mirari nequeo, quod tam limati tamque politi iudicii viro placere potuit *esuros terna per ora canes*, quae scriptura mihi quidem videtur inficetissima. Cerberi trifaucis imago Deianirae non eo terribilis videbatur, quod canis iste tribus oribus cibum caperet; sed quod *terna per ora haesurus* esset, siue quod ternis rictibus vulnera minaretur. Ita noster met. I. 535. de cane leporem persequente:

Alter inhaesuro similis, iam iamque tenere
Sperat, et extento stringit vestigia rostro.

40. *Mouent.*] Guelph. sec. *monent.*

43 *Potenti.*] Guelph. tert. *tonanti*, quod minus suaue est.

46. *Longa deae.*] Guelph. quart. *longa deae est.*

47. *Haec.*] Guelph. pr. *Hoc.*

49. *Temeratam.*] Idem *violatam.*

51. *Non tibi.*] Guelph. sec. *Nec tibi.* Mox quart. *turba ororum.*

52. *Relicta tibi.*] Guelph. pr. sec. et quart. *tibi est.*

53. *Praefertur.*] Guelph. pr. *referetur*, sec. *fertur*, tert. *refertur.*

56. *Lassas.*] Ita Guelph. pr. et quart. Reliqui duo cum vulg. *lapsas.*

60. *Adposuisse.*] Guelph. pr. tert. et quart. *opposuisse.*

64. *Populus alba.*] Male Guelph. pr. *alta*: sec. *alba comae est.*

66. *Putas.*] Nostri *pudet.*

68. *Equas.*] Hoc suffragio suo Guelph. pr. firmat. Reliqui dederunt *equos.*

70. *Huic victor.*] Guelph. tert. *Sic victor.*

71. *Duro.*] Guelph. sec. *diro.* Mox pr. *Et pigeat*, quart. *Nec pigeat.*

77. *Crassaque.*] Guelph. sec. et quart. *Grossaque*, quod vocabulum librario monacho notius erat.

78. *Aequaque famosae.*] Guelph. pr. *Tu quoque formosae*, sec. ac tert. *Aequaque formosae*, quart. *Haec quoque formosae.*

79. *Ah quoties.*] Idem *Ha quoties.*

81. *Crederis.*] Idem *Diceris.* Totus hic verſus a codice tert. abeſt. Deinde omnes noſtri cum vulg.

Ante pedes dominae pertimuisſe minas.

83. *Eximias pompas.*] Hic quoque verſus excidit e Guelpherb tertio. Tres *Eximiis pompis* dederunt.

84. *Factaque narrabas.*] E Guelph. pr. emenda:

Factaque narrabis disſimulanda tibi?

85. *Eliſis.*] Ita Guelph. tert. Reliqui *eliſos.*

86. *Cunis*] Noſtri *caudis.*

87. *Cupresſifero.*] Iidem *in cupresſifero.*

88. *Incubet.*] Tres *Incubat*, tert. *Incubuit vaſto.* Mox pr. ſec. et quart. *laedit.*

89. *Threïciis.*] Guelph. ſec. *traiciis*, quart. *traiiciis.*

91. *Prodigiumque triplex.*] A Guelph. quarto copula abeſt.

92. *Geryones.*] Noſtri *Gerionis.*

94. *Cerberos.*] Ita Guelph. tert. Reliqui *Cerberus.*

96 *Diues ab ipſa.*] Guelph. pr. *ditior ipſa.*

97. *Quique inter.*] Guelph. ſec. *Quodque inter leuum latus*, quart. *Quodque leuum latus inter.* Deinde vterque *dextrumque lacertum.*

100. *Theſſalicis*] Ante correctorem in Guelph. pr. legebatur *Theſſaliis.* Non male. Vid. Vechneri hellenolex. I. 2. 8 p. 184. ſeqq. et Heinſ. ad met. XV. 9.

105. *Fortia facta.*] Guelph. pr. ac tert. cum Puteaneo aliisque pluribus apud Heinſium atque Burmannum *fortia geſta.* Non displicere poteſt vocabulum *geſta* ſubſtantiue acceptum. Sic Nepos Datam. I. 2. *Obſcuriora ſunt eius geſta pleraque.* At *fortia facta*, Burmannus inquit, apud Ouidium centies occurrunt; *fortia geſta* non item. Idem Ouidius tamen alibi quoque orationem variauit, et met. XI. 223. dixit *Qui fortibus actis Acta patris vincet.*

107. *Qua tanto.*] Guelph. pr. et quart. *Quo.*

110. *Amica tuae.*] Guelph. pr. *tuae eſt*, ſec. *tua eſt.*

111.

111. *Pro pudor!*] Nostri *O pudor.* Deinde pr. *hirsuta costas*, sec. ac tert. *hirsuti costis.*

114. *Feri.*] Nostri *ferae.*

119. *Haec tamen.*] Guelph. tert. *Haec tantum.* Mox sec. *Et venit ad sensus.*

124. *Adspicienda.*] Guelph. quart. *conspicienda.*

126. *Fortunam vultus fassa tegendo suos.*] Versum inquinatissimum esse, inter viros doctos constat. Primum enim *vultus* non facit ad *incultos*, qui praecedunt, *capillos.* Deinde verba, quae proxime sequuntur, ad *cultum* potius, quam ad *vultum* pertinent. Praeterea, si omnino *vultus tegendi* mentionem hic inferre voluisset Ouidius, cur paullo post subiecisset *Dat vultum populo*? Imperitus vero rei metricae sit necesse est, si quis persuaderi sibi patiatur, gerundii in *do* desinentis syllabam extremam ab Ouidio correptam efferri potuisse. Membranae nostrae nihil opis adferunt. Librariorum deliramenta sunt ista Guelph. primi et quarti:

Fortunam vultum fassa tegendo suum.

secundi:

Fortunam vultus falsa tegendo suos.

tertii:

Fortuna vultum fassa tegendo suam.

Propius ad veram scripturam accedere videntur Heinsii codices, in quorum plerisque est:

Fortunam vultu fassa tegendo suam.

in aliis:

Fortunam vultu fassa tegente suam.

Ex his intelligere mihi videor, ab Ouidio scriptum fuisse:

Fortunam cultu fassa decente suam.

129. *Sublime.*] In Guelph. pr. glossator supra scripserat *sublimiter.* Hinc quart. *sublimiter Hercule victo.*

130. *Oechaliam.*] Guelph. pr. *Oethaliam*, sec. et quart. *Oetaliam*, tert. *Oechalidam.*

131. *Forsitan et pulsa.*] Hoc est in Guelph. sec. At pr. *Forsan et expulsa*, quod Douzae placuit; tert. et quart. *Forsitan expulsa.*

133. *Eurytidosque.*] Copulam *que* nostri omnes ignorant.

134. *Famosus.*] Guelph. sec. *formosus.* Mox tert. et quart. *iungit.*

139. *Ripis Achelous in vdis.*] Hoc est in Guelph. duobus. In sec. et quart. *rapidis Achelous in vndis.*

141. *In letifero Eueno.*] Guelph. pr. *in leufero veneno*, sec. et quart. *in lerniferoque veneno*, tert. *in lorifero eueneno.*

143. *Haec refero?*] Guelph. pr. *hoc referam? scribendo nuncia venit.* Mox sec. et quart. *tunicae labe.*

147. *Lacerabitur.*] Guelph. pr. ante correctorem *iactabitur.* Deinde sec. *Et sceleris tanti.* Postea pr. sec. ac tert. *viua superstes eris.*

149. *Si quid.*] Nostri *Et quid.* Paullo post sec. tert. et quart. *mors mea pignus erit.*

160. *Ne videar fatis.*] Guelph. pr. *Ne videar titulis*, sec. *Ne videar thalamis*, quart. *Ne videar nostris insidiata toris.*

163. *Misi tibi.*] Guelph. pr. *tibi misi.*

166. *Ademte tuae.*] Guelph. sec. et quart. *ademte meae.*

168. *Sed o possis!*] Iidem *sed vt possis:* quod esset *sed vereor, vt possis.* Vid. Gronou ad Plaut. Curc. II. 2. 7.

AD EPISTOLAM X.

1. *Mitius inueni.*] Hoc distichon, quia cum sequentibus versibus haud apte cohaerere videbatur, tollendum censebat P. Francius. Si carmen hoc omnino medicina indigeret, lenius remedium suaderet Guelph. pr. in quo disticha sic transponuntur:

Quae legis, ex illo, Thesea, tibi littore mitto,
Vnde tuam sine me vela tulere ratem:
In quo me somnusque meus male prodidit, et tu,
Per facinus somnis insidiate meis.
Mitius inueni, quam te, genus omne ferarum:
Credita non vlli, quam tibi, peius eram.
Tempus erat, cetera.

3. *Quae legis.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *Quam legis.*

9. *A somno.*] Guelph. quart. *an somno.*

10. *Pressuras.*] Guelph. tert. *prensuras*, quod erat verius. Deinde omnes *semisopita.*

16. *Vtque erat a somno.*] Guelph. tert. *e somno.* Ita de art. I. 529. ante Burmannum edebatur:

Vtque erat e somno tunica velata recincta.

Liu. I. 58. 3. *Pauida e somno mulier.* Tacit. de mor. Germ. XXII. 1. *Statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt, lauantur.*

18. *Nil, nisi litus, habent.*] Guelph. sec. cum tribus Heinsii *erat.*

26. *Adesus.*] Guelph. quart. *obesus.*

29. *Inde.*] Idem *vnde.*

30. *Carbasa tenta noto.*] Guelph. pr. sec. et quart. *tensa.*

31. *Aut vidi: aut etiam, cum me vidisse putarem.*] Guelph. primus:

Aut vidi, aut tamquam quae me vidisse putaui.

secundus:

Aut vidi, aut etiam cum te vidisse putaui.

Ouidius, nisi fallor, scripserat:

Vt vidi, aut etiam, cum me vidisse putarem,
Frigidior glacie semianimisque fui.

32. *Semanimisque.*] Omnes Guelph. *semianimisque.* Ita *semiadapertus, semihomo* et similia in optimis quibusque codicibus scribuntur.

36. *Non habet illa suum.*] Guelph. tert. *ista.*

37. *Haec ego.*] Male Guelph. pr. sec. et quart. *Hoc ego.* Tertius scripturam ab Heinsio merito receptam ac docte explicatam suffragio suo comprobat. Eadem elegantia ex tribus codicibus bibliothecae Guelph. restituenda est Ciceroni I. ad diuers. ep. 9. n. 62. *Apertius autem haec ego ac saepius.* Perperam ibi nunc editur *haec ago.*

46. *Desierant.*] Guelph. tert. cum Heinsio *desieram.*

53. *Qua possum.*] Omnes Guelph. cum prius vulgatis *quae possum.*

61. Nus-

61. *Nusquam.*] Guelph. fec. et quart *nusquam eſt.*

63. *Ventosque, ratemque.*] Idem *ventosque ſecundos.*

67. *Digeſta.*] Ita Guelph. pr. ac tert. At fec. *disiecta.*

69. *Regnata parenti.*] Hoc ſiſtit Guelph. pr. Reliqui corruperunt, fec. *regnante parente*, tert. et quart. *regnata parente.*

70. *Facto.*] Guelph. fec. *fato.* Paullo poſt pro *victor* noſtri cum vulg. *victus* exhibent.

74. *Viuet vterque.*] Minus bene Guelph. fec. tert. et quart. *viuat.*

75. *Si modo viuis.*] Ita tres noſtri, ſed Guelph. pr. a correctore. Librarius enim dederat *viuit*, quod etiam in quarto habetur.

85. *Tellus alat iſta.*] Cum prius vulgatis Guelph. pr. fec. et quart. *alit iſta.* tert. *alta iſta.*

86. *Quis ſcit, an haec ſaeuas tigridas inſula habet?*] Sic omnibus litteris Guelph. pr. et quart. hunc verſum exhibent. Conſentit fec. niſi quod hic *tigrides* corrupte dedit. Tertius verba, quae poſt *Quis ſcit* ſequuntur, omnia omiſit. De conſtructione vero illa *Quis ſcit, an habet*, quam Latinam esſe negat Heinſius, alia omnia cenſeo. Vide infra ad XV. 4.

87. *Magnas.*] Ita Guelph. pr. ac tert. ſed fec. et a correctore primus *magnos.*

88. *Quid vetat.*] Noſtri omnes cum prius vulgatis *Quis vetat.*

96. *Rapidis.*] Guelph. pr. ac tert. cum Argentinenſi apud Heinſium *rabidis.* Equidem crediderim, *feras*, quas fames aut ira in rabiem agit, *rabidas* rectius dici, quam *rapidas.*

99. *Androgeos.*] Guelph. pr. fec. et quart *Androgeus.* Librarius tertii hoc nomen, relicto ſpatio, omiſit.

Ibid. *Nec facta luisſes.*] Hoc diſerte in Guelph. pr. ſcriptum eſt. Glosſator vero ſuperſcripſit *vel fata.* Mutauit fec. *facta tulisſes*, tert. *facta luisſet*, quart. *fata tulisſes.*

103. *Monſtrarent.*] Guelph. fec. *monſtrasſent.*

106. *Bellua tinxit humum.*] Guelph. pr. *belua texit humum.*

mum. Glossator vero adscripserat *strauit*, quam scripturam sec. tert. et quart. arripuerunt.

112. *Premenda.*] Guelph. tert. *premunda.*

120. *Digitus.*] Nostri omnes *digitis*, nec id mutem.

122. *Vnguet.*] Iidem *iunget.*

126. *Cum steteris vrbis celsus in arce tuae.*] Guelph. pr.

Dum steteris turbae celsus in ore tuae.

In eodem pro varia lectione adscriptum est *honore.* Secundus et quart.

Cum steteris turbae celsus honore tuae.

Tertius:

Cum steteris turbae celsus in ore tuae.

127. *Et bene narraris.*] Omnes nostri *narrabis.* Neque id propterea repudiari debet, quia praegreditur *steteris.* Ita Virg. Aen. III. 403.

Quin, vbi transmissae steterint trans aequora classes,
Et positis aris iam vota in litore solues.

129. *Sola tellure.*] Guelpherbytani cum plerisque codicibus aliorum *solam tellure.* Id fieri potuit ex *sola in tellure*, sed *sola tellure* Ouidio dignius est.

135. *Qua potes.*] Guelph. sec. *quod potes.*

137. *In ore.*] Omnes Guelph. cum prius editis *more.*

143. *Sed nec poena quidem.*] Emenda ex Guelph. pr. et ex optimis Heinsii libris, *Sed ne poena quidem.*

147. *Hos tibi.*] Guelph. tert. *Hos quoque.*

149. *Velo.*] Nostri cum vulg. *vento.*

150. *Ossa leges.*] Vt olim editi, sic omnes Guelph. *ossa feres;* quod haud scio, an retinendum fuerit. Certe ossilegio proprie sic dicto locus non est in funere, vbi

Ossa superstabunt volucres inhumata marinae.

Neque id solum optat Ariadne, vt ossa sua colligantur; sed etiam magis, vt ex inculta insula transferantur in regionem cultiorem, vtque ibi sepeliantur, vbi vmbra sua saltem inter vmbras humanas versatura sit. Conf. trist. III. 3. 65.

AD

AD EPISTOLAM XI.

1. *Si qua tamen caecis errabunt scripta lituris.*] Crediderim, haec verba cum inscriptione epistolae sic esse coniungenda: CANACE MACAREO [sc. salutem dicit, s. epistolam scribit] si tamen maculae sanguineae, quae scripturam obscuraturae sunt, permittent, vt epistolae verba hinc inde conspici ac legi queant. Principia epistolarum interdum, idque non sine singulari suauitate, ad inscriptiones earum referuntur. Vide Cic. I. ad diuers. ep. 10. ibique Manutium, et lib. XVI. ep. 18. Eam vero, quam proposui, explicationem verborum Canaces si admittimus, particulae *Si tamen* non alia significatione accipiendae erunt, quam in istis trist. III. 14. 24.

Nunc incorrectum populi peruenit in ora;
In populi quidquam si tamen ore meum est.

A versu vero, quem nunc quidem interpretamur, pentameter proximus interpunctione maiore secludendus, atque in hunc modum explicandus videtur: *Oblitus* enim *a dominae caede libellus erit.*

4. *Et iacet in gremio.*] Placet ex Guelph. tert. *Et patet.* Deinde est in quarto *charta notata.*

9. *Vt ferus est, multoque.*] Guelph. pr. *Vtque ferus multoque.*

11. *Cum saeuis viuere.*] Guelph. quart. *saeuis conuiuere.*

14. *Imperat, et pennis.*] Perperam Guelph. pr. *et ventis.* Melior scriptura tamen intra versus adscripta est.

26. *Corde tepente.*] Guelph. sec. *tremente.*

27. *Adduxerat.*] Ita Guelph. tert. Duo cum vulg. *abduxerat*, quart. *obduxerat.*

30. *Gemitum.*] Guelph. quart. *gemitus.*

31. *Nec cur haec.*] Guelph. pr. et quart. *hoc.*

42. *Excuteretur.*] Guelph. tert. *exueretur*: quart. *nostris excuteretur onus.*

43. *Ah nimium.*] Guelph. sec. et quart. *Ha nimium.*

44. *Ar-*

44. *Artibus et tecto.*] Guelph. pr. *et tectis*, ſec. tert. et quart. *et tectus*.

47. *Neſcia.*] Guelph. pr. *Neſcio.*

52. *Sed timor, et nutrix, et pudor ipſe, vetat.*] Transponit Guelph. pr. *Sed pudor, et nutrix, et pudor ipſe vetat.* Guelph. tert. *vetant.*

53. *Contineo.*] Noſtri cum vulg. *Continuo.*

56. *Si morerer.*] Cum Puteaneo Guelph. pr. *ſi morior.* Secundus et a correctore pr. *ſi moriar.* Librarius Guelph. tertii, dubitans, quam ſcripturam praeferret, nihil aliud, quam *ſi mor* dedit. Mox quart. *crimen erit.*

59. *Dixti.*] Guelph. pr. *aiſti*, ſec. *diſti*, tert. omiſſo verbo ſcripſit litteras *au.*

61. *Fratri nam nupta.*] Guelph. ſec. *fratri tu nupta*, tert. *fratris nam nupta*, quart. *fratri ſis nupta futura.*

62. *Illius, es de quo.*] Noſtri omnes cum Puteaneo, cum plerisque ſcriptis aliis, et cum priſcis impreſſis Heinſii:

Illius, de quo mater, et vxor eris.

Gloſſator codicis Guelph. pr. ſupra vocabulum *mater* adſcripſit *es*: vnde natam eſſe ſuſpicor Leidenſis libri ſcripturam, *Illius, es de quo mater*, quam recepit Heinſius. Commodius vero *mater eris* de ea dicitur, quae adhuc grauida eſt, quam *mater es*, quod proprie ſignificat eam, quae iam peperit. Ita noſter, de Ilia Veſtali, faſtor. II. 402.

Quae facta eſt vno mater et orba die.

63. *Tamen ad tua verba reuixi.*] Guelph. ſec. *vix ad tua verba reuixi.* Fruſtra.

64. *Et poſitum eſt vteri crimen onusque mei.*] Egregie Guelph. ſec.

Et poſitum eſt vtero crimen onusque meo.

Exprimit Graecorum illud *ἀποτίθεσθαι κόλπων*, et dictum eſt, quemadmodum ſupra ep. IIII. 58.

Enixa eſt vtero crimen onusque ſuo.

67. *Frugibus infantem ramisque albentis oliuae.*] Hoc ex codice Puteaneo prodidit Heinſius. Noſtri cum plerisque

omnibus aliorum libris tenent *Frondibus infantem*, quod an merito repudiatum ſit, me acutiores iudicabunt. A vocabulo *frūdibus*, (ſic enim pro *frondibus* ſcribebant veteres) librarius aliquis oſcitans ad *frugibus* aberrare facile potuit. *Fruges* vero, ſine alius vocabuli adiectione, molam ſalſam appellari, duriusculum videtur. Praeterea *celando* (aut ſi quis fortasſe cum libris Scriuerii malit *velando*) infanti *frondes*, quam mola ſalſa, accommodatiores erant. Neque eſt, quod cum Heinſio vereamur, ſi *frondibus ramisque oliuae* legamus, ne bis idem dixisſe videatur Ouidius. Nam, ſi figuram, quam ἐν διὰ δυοῖν grammatici vocant, admiſeris, verbis illis eadem vis ſubiicietur, quaſi dixeris *ramis frondentibus oliuae*. Plane geminum eſt illud Virg. Aen. VII. 751.

Fronde ſuper galeam et felici comtus oliua.

72. *Ille ſuo.*] Guelph. pr. *ipſe ſuo*. Hoc melius esſe, iam pridem pronuntiauit Heinſius.

76. *Vt quatitur.*] Guelph. ſec. *Et quatitur.*

87. *Credas.*] Noſtri *credis*.

91. *Tunc demum.*] Guelph. pr. a librario *dum*, quart. et a correctore pr. *tum*. Deinde omnes noſtri cum vulg. *planxi*.

92. *Genas.*] Guelph. pr. ac tert. *comas*: quart. *inque genas vnguibus ire meas*.

93. *Patrius.*] Male Guelph. ſec. *patris*.

95. *Enſem mittit.*] Transponit Guelph. pr. *mittit enſem*.

102. *Et fuge.*] Guelph. quart. *Effuge*.

104. *Vt meus.*] Guelph. pr. et ſec. *Et meus*.

106. *Admisſi.*] Guelph. pr. *Amisſae*, quod tamen eſt deterius.

109. *Si potuit meruisſe necem.*] Guelph. pr. *Si meruisſe necem poterat*. Poſtea ſec. et quart. ſuo more *Ha miſer*.

119. *Infantes.*] Noſtri *infantis*.

124. *Quamlibet.*] Guelph. ſec. et quart. *Quaelibet*.

125. *In vulnera.*] Guelph. pr. et ſec. *in funere*, tert. *in vulnere*.

127. *Tu (rogo) proiectae.*] Quidquid in hoc disticho attigeris, vlcus est. Primum enim *proiecta nimium soror* plane friget. Praeterea verborum *mandata perferre* sensus, qui quidem ad propositum faciat, nullus est. Postremo *mandatis perfruar* absurde dicitur. His tenebris aliquantulum lucis adfulget e codice Guelph. primo, in quo legitur: *dilectae nimium mandata sororis.* Quid sibi velit *soror nimium dilecta*, explicatur supra v. 23.

Cur vmquam plus me, frater, quam frater, amasti?

Pro *Perfer*, cui glossator in Guelph. pr. superscripsit *effice*, secundus dedit *Profer*, quart. *Praeter.* Placet Schlichtenhorstii coniectura, codicis, quem Heinsius inspexit, Gottorpiani suffragio comprobata, *Perfice.* Elocutionem hanc *mandata perficere* Ouidio haud indignam esse, docent illa ex Ponto II. 11. 23.

Adde, quod absentis cura mandata fideli
Perficis, et nullum ferre grauaris onus.

Verbum *perfruar*, quod priscae Latinitatis auctoribus, quam cucullatis medii aeui sacrificulis, familiarius erat, temere huc inuectum esse, non mihi fit credibile. Circumspicienti vero nomen, cui verbum illud ita coniungi potuerit, vt inde sententia huic loco prodiret accommodata; nihil aliud, quam vocabulum *muneribus* occurrebat. Sic infortunium *εἰρωνικῶς munus* appellauit Ouidius ep. VIII. 104.

Hoc munus nobis diruta Troia tulit.

Et in hac ipsa Canaces epistola v. 99. idem nomen ad eumdem, quem filiae miserat Aeolus, ensem significandum adhibuit, vbi Aeolida de crudelitate patris conquerentem facit his verbis:

His mea muneribus, genitor, connubia donas?

Quam belle verbum *perfruor* ironiae tali seruiat, documento possunt esse illa Hermiones ep. VIII. 106.

Perfruor infelix liberiore malo.

An igitur emendabimus?

Tu, rogo, dilectae nimium mandata sororis
Perfice: muneribus perfruar ipsa patris.

Hoc modo distichon illud repurgatum, etsi ad Ouidianae venae dulcedinem accedere nondum videbitur, at saltem sorde nulla gustaturis creabit fastidium.

AD EPISTOLAM XII.

1. *At tibi.*] Sic Guelph. tert. Reliqui *Vt tibi.*

3. *Mortalia fila.*] Guelph. sec. *facta.* Tres *fata.*

5. *Tunc potui.*] Guelph. tert. *Tum.*

6. *Produxi vitae.*] Guelph. pr. *vitam.*

9. *Argo.*] Guelph. tert. hoc nomen omittit. Omnes reliqui dederunt *Argon.*

13. *Aut semel.*] Nostri omnes *At semel*, quod non fuit mutandum. Vid. Heins. supra ad v. 1.

15. *Praemedicatus.*] Male omnes Guelph. *praemeditatus.*

17. *Totidem sensisset et hostes.*] Guelph. pr. *totidem quod seminat hostes*: sec. et a correctore pr. *totidem sumpsisset et hostes*: tert. *totidemque sump . . . et hostes.*

18. *Vt caderet.*] Guelph. pr. *Et caderet.* Placet. Sententia enim haec esse videtur: Si semina iecisset, totidem hostes etiam sensisset, et ipse cultor a cultu suo cecidisset.

22. *Haec de te.*] Guelph. pr. *haec ex te.*

25. *Fui.*] Guelph. pr. *fuit.*

29. *Aeëta.*] Guelph. pr. *pater Oeta.* Reliqui *iuuenes Oeta.*

33. *Vt vidi, vt perii.*] Nostri cum vulg. *Et vidi, et perii.*

34. *Ardet.* Guelph. tert. *Vror.* Paulo post sec. *punica eda deos.*

39. *Dicitur interea tibi lex.*] Omnes Guelph. cum plerisque aliis libris *Dixerat interea tibi rex.*

47. *Secum natis.*] Transponunt nostri *natis secum.*

51. *Dixerat Aeëtes.*] Guelph. pr. *Dixerat haec Oetes.* Tres *Dixerat Oetes.*

53. *Quam tibi nunc.*] Nostri *tunc.*

54. *Creontis erant.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *erat.*

56. *Et dixit tenui.*] Guelph. ſec. *Et tenui dixit.*

57. *Vt poſitum.*] Guelph. pr. ante correctorem, et ſec. *Et poſitum:* quart. *Vt poſitum in thalamo tetigi.* Mox idem *Actaque per lacrimas.*

59. *Taurique truces.*] Guelph. pr. et ſec. *taurique meos.*

63. *Auerſaque,*] Noſtri *aduerſaque.*

64. *Inuenit, et lacrimis.*] Copulam Guelph. ſec. male omittit.

65. *Petit altera, et altera habebit.*] Guelph. pr. hanc ſcripturam ſiſtit, niſi quod ex *habebit* manus recentior ibi fecit *habebat.* Glosſator eiusdem codicis hunc verſum praeclare interpretatur ſic: *Orat opem Minyis* (Graecis.) *petit* (a me) *altera* (ſcilicet ſoror.) *et altera* (ſcilicet ego) *habebit* (opem.) Interpunge igitur:

Orat opem Minyis. Petit altera, et altera, Habebit.

Vox promittentis eſt *Habebit.* Debuisſet Medea Chalciopae *Minyis* opem roganti reſpondere, *Habebunt opem.* Illa vero, Iaſonis amore capta, hunc ſolum cogitat, eoque reſpondet, *Habebit.* Hanc explicationem magnopere confirmant illa proxima:

Aeſonio iuueni, quod rogat illa, damus.

Reliqui codices noſtri ineptiunt. Sec. *alter petit, et alter habebit:* tert. *altera petit, alter habebit:* quart. *petit altera, et alter habebit.*

66. *Quod rogat illa.*] Guelph. quart. *quod petit illa.*

68. *Illud.*] Guelph. ſec. *illic.* Tres *illuc.*

69. *Fuerantque diu.*] Guelph. pr. *fuerant certae*, vel *cinctae:* ſec. et tert. *fuerant certe:* quart. *vt fuerant certe.*

71. *N[illegible]in', an exciderunt.*] Guelph. pr. *Noſcis? an exciderant ani[illegible] loca:* ſec. *Neſcis* (a correctore *Noſcis*) *an exierint mecum [illegible]a:* tert. *Neſcis an exciderint.*

72. *Or[illegible]s.*] Guelph. pr. ac ſec. *Auſus.*

74. *[illegible]ue tua.*] Omnes Guelph. addunt *eſt.*

75. *Si quem iuuet ipſa poteſtas.*] Guelph. omnes *ſi quem* (quart. *quam*) *iuuat ipſa poteſtas.*

79. *Triplicis.*] Ita Guelph. tert. Reliqui cum vulgo *triplices.*

80. *Et si forte alios.*] Hoc sine vllius, quod constet, codicis auctoritate nunc editur. In omnibus scriptis, etiam in Guelpherbytanis, constanter legitur *aliquos.* Bonorum auctorum exemplaria versantibus multi loci sunt obuii, vbi *aliquis* pro *alius quis* dictum videtur. Eos locos omnes obelo confodere, vide, ne sit hominis arrogantis. Equidem vix dubitem, quin ipsum pronomen *aliquis* ex *alis* (ita veteres pro *alius* dicebant) et *quis* conflatum, eoque sustinendae ei, de qua disputamus, significationi opportunissimum sit. Conf. nostrum metam. XIII. 323. Cicer. paradox. V. 1. extr. Plura dabunt Gesnerus in L. L. thesauro, et in claue Ciceroniana celeb. Ernestus.

83. *Pelasgum.*] Guelph. sec. *Pelasgon.*

84. *Vnde. meosque deos.*] Ita Guelph. tert. At pr. *arbitrer vnde deos?* sec. *vnde deosque meos?* quart. *esse putabo deos.*

85. *Vanescat in auras.*] Dubitatiuum verbi modum aspernatur haec oratio. Bonis auibus igitur *vanescet* e Guelph. pr. reducimus.

89 *Et quota pars haec sunt?*] Guelph. tres *et quota pars possunt*, tert. *et quota pars horum.*

96. *Scutaque miles habet.*] Inepte Guelph. sec. et quart. *habens.*

100. *Inter se strictas.*] Guelph. sec. *In se constrictas*, tert. *Inter constrictas.*

101. *Peruigil ecce draco.*] Guelph. pr. *Insopor ecce vigil.*

103. *Dotis opes vbi tunc.*] Tres nostri cum vulg. *Dotis opes vbi erant, vbi erat tibi* cet. quart.

Dotis opes vbi erant, vbi tunc et regia coniunx?

104. *Distinet.*] Guelph. pr. *destinat*, sec. et quart. *detinet*, tert. *destinet.*

110. *Munus in exilio quolibet esse tuli.*] Haec est ingenii Burmanniani coniectura, quam probarem, si satis intellige-

telligerem. Guelph. pr. et quart. *quod licet esse tuli*, duo cum vulg. *quodlibet.*

113. *At non te.*] Guelph. sec. *At te non.*

118. *Tamque nocens.*] Sic vnius codicis auctoritate nunc editur. Reliqui omnes, etiam Guelpherbytani, *iamque nocens.*

121. *Complexos.*] Nostri cum plerisque aliorum libris *Compressos*, quod ex *Comprensos* factum est. Fere semper in hoc vocabulo offenderunt librarii. Ita metam. VI. 556.

Luctantique loqui comprensam forcipe linguam
Abstulit ense fero.

Ibi quoque *compressam* in multis libris corrupte legitur. Eadem varietas adnotatur ex codicibus Virgil. Aen. II. 793. VI. 701.

125. *Fluctus totidem.*] Guelph. pr. tert. et quart. ordine peruerso *totidem fluctus.*

130. *Caesaque.*] Guelph. pr. *Laesaque*: quart. *Scissaque.*

139. *Effundit.*] Ita Guelph. tert. Tres *effudit.*

140. *Funerea.*] Guelph. tert. et quart. *funesta.* Deinde quart. *flebiliora lira.*

143. *Hymenaee.*] Hoc in Guelph. tert. scriptum reperio, pro quo reliqui *Hymenaea* obtrudunt.

144. *Vox est.*] Guelph. pr. *haec vox.* Verbum *est* tert. sine compensatione abiecit.

148. *Mens mihi.*] Nostri *mens mea.*

149. *Iussus studioque videndi.*] Membranae nostrae nihil hic mutant, nec opus est.

150. *Constitit.*] Guelph. pr. *Astitit*, quod est verum. Virg. georg. IIII. 319.

Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis.

Etiam de eo, qui videndi audiendiue studio ductus venit, Aeneid. II. 303.

Ascensu supero, atque adrectis auribus asto.

151. *Hic mihi.*] Nostri *Hinc mihi.*

152. *Ducet.*] Etiam noſtri *Ducit*, quod cur ſpretum ſit, exputare non posſum. Pompam non ducturus erat Iaſon, ſed iam ducebat.

155. *In agmina.*] Minus bene Guelph. ſec. ac tert. *in agmine.*

158. *Iniiceremque.*] Tres *iniceremque.*

161. *Amisſis.*] Guelph. quart. *amisſo.*

165. *Pepuli.*] Guelph. tert. et quart. *repuli.*

170. *Nec tener in miſero pectore ſomnus adeſt.*] Guelph. pr. ſec. et quart.

Nec teneram miſero pectore ſomnus habet.

Tertius:

Ne tacito miſeret pectore ſonus habet.

177. *Fingas.*] Guelph. pr. *finges.* Tres *fingis.*

180. *Vincet aduſta.*] Guelph. ſec. *ſentiet vſta.*

181. *Succusque.*] Antiquam orthographiam *ſucusque* retinent Guelph. pr. ac tert.

185. *Tam tibi.*] Noſtri *Nam tibi.* Statim pr. ſec. et quart. *quod tu mihi.*

199. *Numerauimus illo.*] Guelph. pr. ſec. et quart. *numeramus in illo* Hic vero a correctore *numeremus in illo.*

201. *Aureo*] Male Guelph. tert. *albo.*

202. *Dos mea: quam, dicam.*] Guelph. pr. *Dos tibi: quam dicam.*

AD EPISTOLAM XIII.

2. *Aemonis Aemonio.*] Omnes noſtri *Haemonis Haemonio.*

4. *Ah me cum fugeres.*] Guelph. ſec. *Hanc cum fugeres me*: tert. *Ha me cum fugeres.*

5. *Tum freta debuerant*] Guelph. ſec. *Tunc.*

8. *Plura tibi.*] Guelph. pr. tert. et quart. *multa tibi,* ſec. *verba tua.*

13. *Linguaque mandantis.*] Guelph. omnes *mandatis*, et paullo poſt *reliquit.*

14. *Vix illud potuit.*] Guelph. pr. *Vix iſtud*, omnes *potui.*

15. *Ar-*

15. *Arreptaque.*] Guelph. pr. *abreptaque*, ſec. et quart. *ereptaque*, tert. *adreptaque.*

23. *Tenebris.*] Guelph. ſec. *tenebrisque.* Mox idem ac tert. *abortis.*

29. *Vt rediit animus.*] Guelph. pr. et quart. *Vtque animus rediit.*

34. *Quo furor egit, eo.*] Guelph. pr. ac tert. *qua.*

35. *Phylleïdes.*] Iidem *Phylaceides.* ſec. *Phylaceydos*: quart. *Philaceides.*

38. *Bella ſub Iliacis moenibus ille gerat?*] Guelph. pr. ſec. et quart. *geret*, tert. *gerit.* Verſu proximo tert. et quart. *premetur*, et omnes noſtri v. 40. *dura vir arma feret.* Solent autem ſcriptores optimi in eiusmodi interrogationibus indicatiuum modum adhibere. Cicero Tuſc. quaeſt. I. 14. *Ergo arbores ſeret diligens agricola, quarum aſpiciet baccam ipſe numquam: vir magnus leges, inſtituta, rem p. non ſeret?* Lib. II. 17. *Ergo baec veteranus miles poterit: doctus vir ſapiensque non poterit?* Ibid. *Ergo hoc poterit* Samnis, ſpurcus homo, vita illa dignu' locoque: *vir natus ad gloriam vllam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione et ratione corroboret?* Idem de nat. deor. II. 7. *An caetera mundus habebit omnia, hoc vnum, quod plurimi eſt, non habebit?* Et de offic. I. 31. 12. *Ergo hiſtrio hoc videbit in ſcena, non videbit ſapiens in vita?* Virg. Aen. II. 577.

Scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenas
Aſpiciet, partoque ibit regina triumpho?

Idem lib. VI. 374.

Tu Stygias inhumatus aquas amnemque ſeuerum
Eumenidum aſpicies, ripamue iniusſus abibis?

Noſter ſupra ep. VIII. 17.

An, ſi quis rapiat ſtabulis armenta recluſis,
Arma feras? [Guelph. ſec. *feres?*] *rapta coniuge lentus eris?*

Remed. am. V. 229.

Vt corpus redimas, ferrum patieris et ignes;
Arida nec ſitiens ora leuabis aqua:
Vt valeas animo, quidquam tolerare negabis?

39. *Ipſa comas pectar.*] Hoc merito tuetur Guelph. pr. Male tres reliqui *pectam.*

41. *Qua posſum.*] Guelph. ſec. et quart. *Quo posſum.*

42. *Haec belli tempora.*] Idem *hoc belli tempore*: tert. *hic belli tempora.*

43. *Priamide.*] Guelph. ſec. *Priamides.*

45. *Aut te.*] Guelph. tert. *At te*: quart. *Aut te Tindaridae faciem.*

50. *Vir meus.*] Guelph. quart. *vir precor.*

51. *Quotiesque ſubit.*] Noſtri *quotiens ſubiit.*

53. *Xantus.*] Ita ſine adſpiratione omnes. Vide ſupra ad ep. V. 30.

69. *Et facito dicas.*] Noſtri cum vulg. *et facito, vt dicas.*

71. *Si cadere Argolico.*] Transponit Guelph. pr. *Si fas eſt cadere Argolico.*

74. *Vt rapiat.*] Hunc et ſequentem verſum Guelph. pr. ac tert. cum libris non nullis Heinſii male omittunt.

82. *Saeuaque.*] Guelph. quart. *Duraque.*

83. *Quum pugnat.*] Guelph. tert. *q̅m pugnat*, quod esſet *quam.* Reliqui tres *qui pugnat.*

86. *Subſtitit.*] Male Guelph. ſec. *Suscitat.*

89. *Vt vidi, vt gemui.*] Guelph. pr. tert. et quart. cum vulg. *Vt vidi, ingemui*: ſec. *Et vidi, et gemui.*

94. *Troada tangat humum.*] Guelph. ſec. *tanget*, tert. *tangit.*

113. *Lacrimamque ſuper; qua ſparſa relucet.*] Hoc ſiſtit Guelph. tert. At pr. *lacrimamque ſuper, quae ſparſa relucent.* In hoc ſuper pronomen *quae* glosſator adſcripſit *duo.* Corrupte ſec. *lacrimasque ſuper ſparſa relucentque.*

114. *Adfuſo.*] Guelph. pr. et ſec. *afuſo*: quart. *effuſo.*

119. *Quae mihi dum referes.*] Guelph. pr. *Quae mihi dum referas*: ſec. *Dumque mihi referas.*

120. *Capies.*] Noſtri cum vulg. *rapies*, et verſu ſequente *lingua referre mora.*

121. *Narrantia verba.*] Guelph. quart. cum vulg. *narrantis,*

122. *Lingua retenta.*] Hoc exhibet Guelph. quart. Tres *lingua referre.*

128. *A patria.*] Guelph. pr. *Ab patria.*

135. *Sed quid ego reuoco haec?*] Amplector *Sed quid ago reuocans?* quod est in Guelph. pr. Eamdem scripturam ex Iureti codice protulit Heinsius. Conf. supra v. 85. seq. Guelph. sec. *Sed quid ego haec reuoco*: tert. *Si quid ego reuoco*, altero hemistichio omisso: quart. *Sed quid ego reuoco hic.*

137. *Troasin inuideo, quae si.*] Nostri cum vulg. *Troadas inuideo, quae sic.* Mox Guelph. sec. *conspiciunt, nec procul hostis erat.*

143. *Producetque.*] Guelph. tert. *Perducetque.*

144. *Referas ista, face, arma.*] Nostri *referas arma fac ista.*

147. *Exuet haec.*] Iidem *Exuet et.*

148. *Pectora.*] Iidem *corpora.*

151. *Geres.*] Guelph. pr. ac tert. *geras*, sec. *geris.*

165. *Claudetur.*] Guelph. quart. *claudatur.*

166. *Si tibi cura mei, sit tibi cura tui.*] Guelph. pr. et quart.

Sit tibi cura mei, sit mihi cura tui.

secundus:

Sit tibi cura mei. sit tibi cura tui.

tertius:

Sit tibi cura mei, sit cura tui.

AD EPISTOLAM XIIII.

5. *Demittere.*] Nostri *dimittere.*

11. *Iugulet.*] Guelph. sec. *inguler.* Perperam.

14. *Non es, quam piget esse piam.*] Scripturam librorum omnium, *non est*, reuocauit auctor electorum Etonensium. Commoda inde prodit sententia, si figuram, quam συνεζευγμένον appellant, admittas. Ne tamen verborum ambiguitas molestiam pariat, prope malim legere: *non est, quam piget esse, pia.*

18. *Prae-*

18. *Praepedit orsa tremor.*] Male etiam nostri *ossa tremor*, quart. *ossa timor*.

22. *Vltima pars lucis, primaque noctis erat.*] Hoc ordine haec leguntur in tribus Guelph. Tertius multique aliorum libri inepte transponunt:

Vltima pars noctis, primaque lucis erat.

23. *Tyranni.*] Omnes nostri *Pelasgi*, quod auctor elector. Eton. tuetur.

24. *Accipit aede.*] Guelph. pr. ac sec. *accipit ipse*, tert. et quart. *accipit ille*. Nihil muto. Auctor elector. Eton. negat quidem, se videre, quomodo Pelasgi regiam *aedem* vocare quis possit: nec vero regia, sed templum, siue sacrarium, quod erat in regia, et in quo sacra sollemnia ante conuiuium nuptiale peragenda erant, *aedes* a poëta dicitur. Ita templum, quod erat in regia Didus, *aedem* appellat supra VII. 99.

Est mihi marmorea sacratus in aede Sichaeus:

ad quem locum conf. Virg. Aen. IIII. 457.

25. *Collucent.*] Guelph. sec. *perlucent*.

27. *Hymenaee.*] Nostri cum vulg. *Hymenea*.

31. *In thalamos.*] Guelph. quart. *In thalamos laeti iuuenes sua busta feruntur*.

36. *Audibam.*] Guelph. pr. *audieram*: sec. *auditum*: tert. hoc verbum, relicto tamen vacuo spatio, plane omittit: quart. *audiui*.

37. *Sanguis abit.*] Guelph. sec. *abiit*, ac paullo post omnes nostri *reliquit*.

39. *Vt leni Zephyro.*] Guelph. pr. hoc tuetur. Reliqui cum vulg. *Vtque leui Zephyro*. Deinde pr. sec. et quart. *graciles vibrantur*.

42. *Dederant.*] Omnes nostri *dederam*.

43. *Violenti iussa parentis.*] Guelph. omnes *violentia iussa*.

45. *Falsa loquar.*] Ita noster tert. Reliqui *loquor*.

46. *Recidit.*] Guelph. pr. *decidit*, sed post rasuram: sec. ac tert. *cecidit*: quart. *concidit*.

47. *Ad*

47. *Admoui iugulo, sine me tibi vera fateri.*] Hoc disti-chon, quod Heinsius sine caussa idonea tollendum censet, ita, vt nunc editur, in Guelph. pr. ac tert. legitur. Quia versus duo deinceps ab iisdem verbis ordiebantur, sollemni aberratione librarii alii priorem versum, posteriorem alii, omittebant. Grammatici, quum in codices hac librariorum negligentia mutilatos inciderent, sententiae hiatum ex in-genio quisque suo explebant. Hexameter exciderat exem-plari, quo vtebatur auctor supplementi illius:

At rursus monitis iussuque coacta parentis,

quod multos codices, etiam Guelph. secundum et quartum occupauit. Quod Heinsius e scripto Lincolniensi adfert,

Admoui iugulo, sine me tibi vera fateri,
Mente sequi dira iussa paterna volens,

id vero commentum est hominis damnum pentametri in suo libro temere omissi resarcire studentis.

57. *Dumque iacet.*] Guelph. tert. *placet.*

60. *Dominae.*] Idem *domini sanguinolenta sui.*

61. *Quo meruere necem, patruelia regna tenendo.*] Guelph. pr. *Non meruere*: sec. *Aut* [pro *Haut*] *meruere*: tert. *Hu meruere*, quod ex *Num* factum esse videtur: quart. *Haut meruere.* Vnice placet libri Puteanei scriptura, dum inter-pungatur ita:

Quo meruere necem? patruelia regna tenendo?

Duplex interrogatio, et sic est accipienda, quemadmodum illa fastor. II. 801.

Quid faciat? pugnet? vincetur femina pugna.

Ibid. *Patruelia regna tenendo.*] Male Guelph. pr. *timen-do.* Dicit Hypermnestra: An eo meruere necem Aegypti filii, quod regnum patrui obtinere et per nuptias cum soro-ribus patruelibus in se transferre voluerunt? Est igitur *te-nendo*, quia tenere voluerunt. Verba enim actionem signi-ficantia a Graecis et Latinis non de eo solum, qui rem per-ficit, sed saepe etiam de eo adhibentur, qui voluntatem,

studium

ſtudium atque operam ad efficiendam rem adfert, quamuis ea careat effectu.

63. *Finge viros meruisſe mori.*] Guelph. ſec. transponit *Finge mori meruisſe viros.*

64. *Non licet esſe piae.*] Noſtri cum vulg. *piam.*

65. *Quo bellica.*] Iidem *quid bellica.*

72. *Expulerunt.*] Iidem *Expulerant.* Deinde ſec. *lacrimae haec mea verba ſequuntur.*

74. *Properas.*] Guelph. ſec. et quart. *properes.*

80. *Abes.*] Guelph. quart. *abeſt.*

83. *A patriis.*] Guelph. tert. *a patris.*

86. *Quo bos ex homine eſt.*] Guelph. quart.
Quo bos ex homine, ex boue facta dea eſt.

91. *Conatoque queri.*] Ita Guelph. pr. At ſec. *Et conata loqui*, tert. et quart. *Et conata queri.*

92. *Territa voce ſua.*] Guelph. ſec. *ſua eſt.*

93. *Quid furis.*] Guelph. quart. *Quid fugis.* Paullo poſt Guelph. pr. ac tert. *miraris in vnda*, ſec. *in vndis.*

95. *Illa Iouis magni pellex, metuenda ſorori.*] Pro *Illa*, quod Guelph. prim. confirmat, reliqui noſtri *Ipſa* dederunt. Ceterum haud ſatis prouide Burmannus poſt vocabulum *pellex* interpunxit. Non coniungi posſunt *Iouis magni pellex*, ſed *pellex metuenda ſorori Iouis magni.*

96. *Leuas.*] Guelph. pr. *leuat.*

98. *Et te ne.*] Guelph. quart. cum vulg. *Et ne te.*

99. *Vt posſis.*] Guelph. pr. *vt posſes.*

100. *Nuda nuda recumbis.*] Hoc in Guelph. quarto reperi. Nam primus dedit *vda nuda*, ſec. *dura nuda.* Librarius tertii, ne idem vocabulum bis ſcriberet, alterum *nuda* plane omiſit.

105. *Sequerisque fugisque.*] Guelph. ſec. *ſequeris refugisque.*

107. *Emisſus.*] Guelph. quart. *demisſus.*

108. *Exuit inſanae pellicis ora boui.*] Guelph. pr. a librario,

rio, *ara bouis*: a correctore *ora bouis*, quod etiam reliquos nostros occupauit. Criticus Etonensis duas coniecturas proponit. Vnam,

Exuit insana pellicis ora boue:

alteram,

Exuit insanam pellicis ora bouem.

Posterior emendatio auctori suo, prior mihi magis placet. Ita tamen, vt *insanae pellicis* seruandum et sic explicandum existimem: pellicis a Iunone exagitatae et in furorem actae. Recte dicitur *ora pellicis exuere boue*, quemadmodum *aliquem armis*, *castris*, *vita exuere*, et similia apud optimos scriptores legimus. Est autem *ora pellicis boue exuere* nihil aliud, quam pellici figuram bouis adimere. Simili figura *hominem* pro specie ac natura hominis dixit noster metam. X. 105.

— — — *Cybeleius Attis*

Exuit hac hominem, truncoque induruit illo.

112. *Eiectos*.] Guelph. quart. *eiectas*.

113. *Ille ferox solus solio*.] Longe suauiore positu Guelph. primus:

Ille ferox solio solus sceptroque potitur.

115. *Restas*.] Nostri *restat*.

117. *Nam mihi quot*.] Guelph. pr. *Nam tibi quot*.

123. *At tu*.] Guelph. tert. *Aut tu*. Mox pr. et quart. *Line est tibi*, sec. ac tert. *Line tibi*.

127. *Ossa*.] Guelph. quart. *ora*.

128. *Scriptaque*.] Nostri *Sculptaque*.

130. *Quam mortem*.] Guelph. sec. *Mortem quam*.

131. *Sed pondere lassa catenae*.] Guelph. pr. a manu prima *pressa catenae*.

AD EPISTOLAM XV.

1. *Ecquid, vt inspecta est*.] Vterque Gudianus et Scriuerianus codex *Numquid, vbi aspecta est*. Ex altero tamen Gudiano verbum *est* excidit. Quod nunc editur, *inspecta est*, id Ciofani libro debetur. Hoc an reliquorum librorum scri-

pturae,

pturae, *aspecta est*, merito praelatum sit, dubitare me fateor. Mihi quidem Sappho interrogare videtur Phaonem, an simul atque epistola sub *aspectum* eius venerit, atque adeo ante quam hanc *inspexerit*, ex signo manuque cognouerit, eam a Sappho mitti.

2. *Protinus.*] Bene Scriu. *Protenus.*

3. *Nomina Sapphus.*] In vtroque codice Gud. *Saphos*, in Scriu. *Sapphos* scriptum reperio. Hanc formam in epistolae inscriptione quoque Gudianus alter et Scriuerianus sequebantur. Nec incredibile est, in Aeoliae poëtriae nomine flectendo terminationem Aeolicam ab Ouidio retentam esse. Eamdem varietatem in nomine *Mantus* apud Virgilium Aeneid. X. 199. inuenio. Neque antiquae membranae Virgilii solum *Mantos* ibi exhibent, sed apud Priscianum quoque, qui libro VII. p. 324. Virgilii versum ad illustrandam nominum Graecorum declinationem adducit, in libris peruetustis *Mantos*, in vno *Mantoys*, exscriptum esse vidi. Similiter apud nostrum art. am. I. 27. quum aliorum codicum, tum Gudiani scriptura est, *Clio Cliosque sorores.* Adde egregium in hanc rem testimonium, quod ex Ioannis Iouiani Pontani Actio adfert Vossius de analog. II. 9. p. 707. et quae nos supra ad VIIII. 87. disputauimus.

4. *Vnde veniret opus.*] Quum priores edidissent *vnde moueret opus*, Burmannus *veniret* reposuit; de quo vix dubito, quin alterius scripturae sit interpretamentum. Mihi satis placet, quod in vtroque Gud. et in Scriu. codice, etiam in vetustis impressis reperio, *vnde mouetur opus.* Verbum *mouere* saepe significat *parare*, *incipere*, *machinari*, *moliri.* Ipsa formula *opus mouere* Ouidius frequenter vsus est. Vt amor. III. 1. 6. art. am. I. 29. fastor. I. 268. IIII. 820. Modi indicatiui in oratione indefinita vsurpati tam crebra, tam certa exempla apud optimos, non poëtas solum, sed apud oratores etiam, occurrunt; vt frustra sint critici, qui constructionem illam, tamquam parum Latinam, exagitant, eamque ex

iis

iis etiam locis, vbi librorum omnium auctoritate defenditur, expellunt. Ita supra X. 86. omnium codicum consensu legitur:

Quis scit, an haec saeuas tigridas insula habet?

Metamorph. X. 637.

Quid facit, ignorans, amat et non sentit amorem.

Ridicule balbutientem nobis Ouidium inducunt, qui in illum locum *Quod facit ignorans* inuexerunt. Claudianus VIII, 267.

Nec tibi, quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat.

Vide ad h. l. Gesnerum. Adde Wopkens. lect. Tull. II. 5, p. 144. Oudendorp. ad Caes. de bello ciu. II. 32. 11. Drakenborch. ad Liu. III. 2. 3. et nostra ad Mallium de metris XI. 8. Si quis vero dubitabit, an praesenti tempori *moueatur*, siue *mouetur*, locus sit in verbis Sapphus; quia Phaon de epistola, quam manibus iam teneat, non possit quaerere, vnde *moueatur*, sed vnde mota sit: ille meminerit, similiter Ouidium scripsisse ex Ponto III. 5. 1.

Quam legis, *vnde tibi* mittatur *epistola*, *quaeris.*

Ibi etiam *missa sit* pro *mittatur* dicendum fuisse, videri queat.

5. *Requiras.*] Gudiani *requiris*: Scriu. *requires.*

6. *Sim magis.*] Scriu. *sum magis.*

7. *Elegëia flebile carmen.*] Nostri *elegi flebile carmen.*

8. *Barbitos.*] Iidem *barbiton.*

11. *Celebrat.*] Scriu. *celebret.*

12. *Coquit.*] Nostri *tenet.*

13. *Quae iungam carmina.*] Gud. pr. et Scriu. *iungam quae carmina*: Gud. alter *iungam per carmina.*

15. *Nec me Pyrrhiades.*] Nostri:

Nec mihi Pierides subeunt Naiadesque [Gud. sec. *Dryadesque*] *puellae,*
Nec me Thespiadum cetera turba iuuat.

17. *Anactorie.*] Nostri *Amatorie.* Postea pro *Cydno*, in Gud. pr. *Cydro*, in altero *Clio*, in Scriu. est *Sydro.*

18. *Atthis, vt ante.*] Gud. pr. *Athoys ante*, ſec. *Athois ante*, Scriu. *Anthois ante.*

19. *Quas non ſine.*] Noſtri *quas hic ſine.*

23. *Pharetram; fies.*] Scriu. *pharetras, et eris.*

30. *Sonet.*] Gud. pr. *ſonat.*

33. *Sum breuis; at nomen.*] Noſtri:

Nec me deſpicias, ſi ſum tibi corpore parua.
Menſuramque breuis nominis ipſa fero.

Verbum tamen extremum, *fero*, Scriu. in *gero* mutat.

35. *Si non ſum.*] Scriu. *Si non ſim.*

41. *Etiam formoſa.*] Gud. ſec. *tibi iam formoſa.*

45. *Haec quoque.*] Gud. alter *Me quoque*, alter *Hoc quoque.*

46. *Sed tum.*] Gud. ſec. et Scriu. *Sed tunc.*

49. *Quique, vbi iam amborum.*] Gud. pr. et Scriu. *At ſimul amborum*, Gud. ſec. *At vbi iam amborum.* Paullo poſt omnes *confuſa voluptas.*

51. *Sicelides.*] Noſtri *Sicilides.* Mox duo *Sicilis*, Scriu. *Siculus eſſe volo.*

53. *At vos erronem.*] Gud. pr. *Ne vos*, ſec. *Nec vos*, Scriu. *Neu vos.* Deinde omnes *errorem.* Mox Gud. ſec. *admittite noſtrum*, Scriu. *remittite veſtrum.*

54. *Niſiades.*] Gudiani *Sicilides matres Sicilidesque*: Scriuer. *Nyſiades matres Nyſiadesque.*

55. *Neu.*] Gud. pr. *Ne*, reliqui duo *Nec.*

61. *Sex mihi.*] Noſtri *Sic mihi.* Deinde Gud. ſec. *natales inerant.*

63. *Captus.*] Noſtri *victus.*

67. *Me quoque.*] Gud. ſec. *Et me.*

68. *Hoc pia lingua.*] Scriu. *hoc mihi lingua.*

69. *Et tamquam.*] Gud. pr. *Vt nunquam.*

70. *Adcumulat.*] Gud. ſec. ante correctorem *Accumulas.*

77. *Cui colar.*] Gud. ſec. et Scriu. *Cui color.* Mox idem *placuiſſe laboro.*

79. *Le-*

79. *Leuibusque cor eſt.*] Noſtri *leuibus cor eſt.*

82. *Nec data.*] Iidem *Et data.*

83. *Artesque magiſtrae.*] Noſtri cum vulg. *artesque magiſtras.* Praeclare Burmannus vidit, emendandum esſe:

— — *artisque magiſtra*
Ingenium nobis molle Thalia facit.

84. *Facit.*] Noſtri *dedit.*

85. *Primae ſi me.*] Iidem *ſi me primae.*

88. *Sed te prima.*] Scriu. *certe prima.*

89. *Conſpicias, quae conſpicis.*] Gudiani *conſpiciat quae conſpicit.*

90. *Iusſus erit.*] Scriu. *eris.*

93. *O nec adhuc iuuenis, nec iam puer.*] Idem *O ne adultus nec iuuenis puer.*

96. *Verum vt.*] Gud. pr. *ſed quod.* ſec. *ſed vt.* Vulgatam ſcripturam ſiſtit Scriu.

98. *Adſpice, quam ſit in hoc.*] Gudiani *Aſpice ſit quantum hoc:* Scriu. *Aſpice ſit quanto hoc.*

103. *Nec tu.*] Noſtri *nec te.*

104. *Admoneat quod te.*] Gudiani *Ammoneat quod tu,* Scriu. *Admonui quod tu.*

105. *Neque enim.*] Gud. pr. et Scriu. *nec enim.*

107. *Discedat.*] Scriu. *discedet.*

112. *Frigore pectus.*] Idem *pectore frigus.*

113. *Nec pectora plangi.*] Noſtri *mea pectora planxi.*

115. *Gnati.*] Iidem *nati.*

116. *Portet.*] Scriu. *Ferret.*

117. *E noſtro.*] Gud. ſec. *a noſtro.* Deinde omnes *creſcit moerore Caraſis.*

120. *Quid dolet haec?*] Scriu. *Quid dolor hic?*

122. *Vulgus.*] Idem *Volgus.*

125. *Quamquam.*] Idem *quamuis.*

129. *Blandior interdum.*] Hoc diſtichon in noſtris codicibus proxime ſequenti poſtponitur.

132. *Apta dare.*] Scriu. *atque dare.*

133. *Vlteriora pudet.*] Noſtri *Vlterius pudet hic.*

134. *Libet.*] Iidem *licet.*

135. *At cum ſe.*] Gud. ſec. *At ſe cum*, Scriu. *Ab cum ſe.*

138. *Illa fuere tuis.*] Gud. ſec. *meis.*

139. *Illuc.*] Scriu. *Illic.*

140. *Impulit.*] Noſtri *Attulit.* Statim Gud. ſec. *crine latente.*

142. *Quae mihi.*] Scriu. *Qui mihi*, et mox *erat.*

144. *Et multa.*] Idem a manu prima *haec multa.*

145. *Dominum ſiluaeque meumque.*] Noſtri *ſiluae dominumque meumque.*

147. *Agnoui.*] Noſtri *Cognoui.*

151. *Rami poſitis.*] Gud. ſec. *poſitis rami.*

152. *Nullae dulce.*] Scriu. a manu prima *dulces mille.*

153. *Pie.*] Noſtri *prius.*

154. *Daulias.*] Gud. pr. *claunias*, reliqui *daunias.*

155. *Sappho*] Gudiani *ſaphos.*

156. *Vt media.*] Gud. pr. *in media.*

157. *Amni.*] Noſtri *amne.*

159. *Expandit.*] Scriu. *extendit.*

161. *Laſſos.*] Idem *feſſos.* Mox idem et Gud. pr. *flebilis artus.*

162. *Conſtitit ante oculos.*] Noſtri:
Formoſus puer eſt viſus adesſe mihi.

163. *Quoniam non.*] Gud. pr. et Scriu. *quae nunc non*, Gud. ſec. *nunc quae non.*

164. *Tibi.*] Idem *tibi eſt.*

166. *Actiacum.*] Gud. pr. *Atteum*, ſec. *Aſt illum*, Scriu. *Acteum.* Statim Gud. ſec. *Leucadionque.*

169. *Verſus amor.*] Gud. pr. et Scriu. *iusſus amans*, Gud. ſec. *vſus amans.* Mox omnes *laetisſima.*

173. *Frigida.*] Scriu. *pallida.*

175. *O Nymphe.*] Idem *o lymphe.*

177. *Melius.*] Gud. pr. *melior.*

178. *Haec mea.*] Gudiani *Et mea.*

182. *Erunt.*] Nostri *erit.*

183. *Posui.*] Iidem *posuit*, et postea *poëtica Sappho*, Gud. sec. *Saphos.*

184. *Conuenit illa mihi.*] Scriu. *ille mihi*. Gud. sec. *illa tibi*, et paullo post *illa mihi.*

185. *Cur tamen.*] Gud. pr. *Cur mihi*, sec. *Cur nunc.* Idem postea *mestam me mittis.*

188. *Et forma et meritis.*] Nostri *Et formae meritis.*

191. *At quanto.*] Gudiani *Ah quantum*, Scriu. *Ha quantum.*

194. *Visaque sunt toties.*] Gud. sec.
Visaque sunt oculis inuidiosa tuis.

195. *Forent.*] Gudiani *forem.*

196. *Substitit.*] Scriu. *sustulit omne magis.*

199. *Nupturaque.*] Gud. pr. et Scriu. *nupturae*, Gud. sec. *ruiturae.*

200. *Nomina.*] Gud. sec. *numina.*

201. *Amatae.*] Nostri *amare.*

203. *Quod vobis ante placebat.*] Gud. sec. *quae nobis ante placebant.*

205. *Vestra redibit.*] Idem *nostra.*

207. *Ecquid ago.*] Gud. pr. et Scriu. *Et quid ego*; Gud. sec. *Ecquid ego.*

210. *Saperes.*] Scriu. *faceres.*

211. *Puppique tuae votiua parantur.*] Gudiani *puppisque tua votiua paramus.* Totum hoc distichon Scriu. omittit.

213. *Amanti.*] Nostri *eunti.*

214. *Aura dabit cursum; tu modo solve ratem.*] In hoc versu Gud. sec. epistolam finit.

217. *Sappho.*] Scriu. *Sapphon.* Vide supra ad VI. 65.

219. *Hoc saltem.*] Vterque codex (alter Gudianus enim hoc loco inter testes non prodit) *O saltem.*

AD EPISTOLAM XVI.

5. *Ille quidem malim lateat.*] Omnes Guelph. transponunt *lateat malim.*

11. *Nec vultu cetera duro.*] Guelph. tert. et quart. *nec duro cetera vultu.*

13. *Recepta.*] Noſtri *recepta eſt.*

15. *Quae rata ſint.*] Iidem *ſit.*

22. *Phereclea.*] Guelph. pr. *feraclea*, ſec. *ferexea*, tert. *feracla*, quart. *fereclea per freta longa faces.*

24. *Nimirum.*] Guelph. tert. et a correctore ſec. *nil mirum.*

25. *Perſtet: et.*] Guelph. tert. *Praeſtet et*, quart. *Praeſtitit.*

35. *Quam lecto pepigit.*] Noſtri omnes *quam pepigit lecto.*

39. *Nec tamen eſt mirum.*] Vt ex aliis prope omnibus, ita e noſtris quoque libris, centum et quatuor verſus hinc exciderunt.

51. *Forma vigorque animi.*] Hoc diſtichon, quod cum prioribus male cohaeret, hinc tollendum et poſt verſum 90. ordinandum esſe cenſet Nic. Heinſius. Equidem Scaligero adſentior, qui in hypercritici cap. VI. p. 858. aliquot verſus hinc excidisſe ſuſpicatur. Et profecto ſequentia paullo attentius legentibus facile apparet, mentionem Paridis expoſiti atque inter paſtores educati ab Ouidio praetermitti non potuisſe. His vero commemorandis ante diſtichon, cuius connexio requiritur, locus erat conuenientisſimus.

96. *Sed Nymphis etiam curaque amorque fui.*] Poſt hunc verſum antiqua exemplaria addebant:

Quas ſuper Oenonem facies mutarer in orbem.
Nec Priamo eſt ad te dignior vlla nurus.

Haec iam inde ab initio ſaeculi ſexti decimi omiſerunt editores, quorum importunitatem Nic. Heinſius merito caſtigauit. Facinoris auctorem ſe profitetur Aldus, in adnotatione

tione post heroidas ab ipso editas adiecta. Caussam interserit, quia versus illi nullum omnino sensum habeant, et sine his materia carminis cohaereat. Tanta vero licentia si conceditur iis, qui veteres auctores recensendos sibi sumunt, vt quaecumque ipsi aut parum intelligant, aut sine insigni materiae detrimento abesse posse arbitrentur, ea omnia impune resecent: numquam profecto in scripta veterum grassandi finem facient, breuique de plerisque omnibus priorum temporum reliquiis erit actum. Sed quam temerario consilio versus, qui supra scripti sunt, Ouidio subtraxerint, si alia indicia deessent, vel hoc solum arguere posset, quod his sublatis nihil in epistola Paridis esset, cui responderent verba illa in epistola Helenae v. 195. seqq.

Tu quoque, dilectam multos, infide, per annos,
Diceris Oenonen destituisse tuam.
Nec tamen ipse negas.

Sensus vero distichi, licet aberrationibus librariorum valde obscuratus, non tamen ita absconditus est, vt eius explicandi spem omnem, quod Aldus faciebat, abiiciendam esse putemus. Et pentametrum quidem Heinsius, *a te* pro *ad te* restituens, ita persanauit, vt eius sententia nihil queat esse dilucidius. Hexametri autem, cui tamquam desperato, nullam medicinam adhibuerat Heinsius, tentauit quidem Burmannus curationem; sed adeo duram, vt euentum non satis ex sententia processisse, ipse profiteatur. Quid igitur vetat, me quoque, quod in hoc certe genere sine aegrotantium periculo fieri potest, efficacitatem medicaminum paullo fortasse vehementiorum experiri? Consentaneum vero erat. Oenones mentionem a Paride in epistola ad Helenam scripta ita fieri, vt eam a se desertam esse, non simpliciter confiteretur; sed vt perfidiae crimen caussae probabilis aliquo commento dilueret. Et tale quid hic scriptum fuisse, haud obscure, puto, declarant respondentis Helenae, quae paullo ante adlegaui, verba, *Nec tamen ipse negas.* Inde coniiciebam,

 bam,

bam, verſum corruptisſimum aut hoc, aut non multum disſimili modo reſtitui posſe:

Quas ſuper Oenonae faciens mutabar in vrbem.

Haec ita compoſita ſignificant, Paridem quum prae ceteris Oenonae faueret, vitam vrbanam cum vita paſtoricia, aulam cum rure permutasſe; ideoque vitae genus relictum relinquendae coniugis causſam fuisſe. *Facere alicui*, pro *fauere*, elocutio Ouidiana eſt. Ita triſt. III. 14. 2.

Qui facis ingenio ſemper, amice, meo.

Formulae *mutari in vrbem* plane geminum eſt illud ex Ponto I. 1. 79.

Inque locum Scythico vacuum mutabor ab arcu.

Eamdem verbi *mutor* conſtructionem ſcienter explicat exemplisque pluribus confirmat Gronouius obſeruat. III. 1.

144. *Maligna tua eſt.*] Guelph. pr. *maligna fuit.*

145. *Promiſerit.*] Hoc etiam in Guelph. quarto reperio: ſed longe praeſtat, quod ante Heinſium edebatur, et in tribus noſtris diſerte legitur, *promiſerat.*

146. *Materia.*] Guelph. ſec. et quart. *materna.*

149. *More tuae gentis.*] Hoc diſtichon, quod alii cum praecedente connectunt, Guelph. pr. cum ſequente copulat ita:

More tuae gentis nitida dum nuda palaeſtra
Ludis, et es nudis mixta puella viris,
Quod laudo, rapuit.

Adſcriptum eſt etiam in margine ſcholion: *Tunc dico rapta es ab eo, dum nuda palaeſtra ludis.*

154. *Abstraherere.*] Guelph. ſec. *extraherere.*

159. *Vel mihi.*] Guelph. quart. *Vel tua.* Deinde ſec. *virginitas foret libata.*

160. *Rapi.*] Guelph. quart. *capi.*

161. *Da modo te; quae ſit Paridi.*] Guelph. pr. tert. et quart. *quae ſit Paridis.* At ſec.

Da modo te, mihi quae ſit conſtantia, noſcer.

Hoc

Hoc ſuadet poſitum illum ab Heinſio commendatum:

Da modo te, Paridi quae ſit conſtantia noſces.

166. *Pallade dante, mihi.*] Poſt haec Guelph. ſec. et quart. adiiciunt:

Cum Venus, et Iuno, Pallasque in vallibus Idae
Corpora iudicio ſuppoſuere meo.

Hoc diſtichon, quod etiam in aliis quibusdam libris repertum eſt, merito repudiauerunt critici, et a duobus noſtris recte abeſt.

167. *Stulte legisſe.*] Noſtri cum vulg. *ſtulte elegisſe.*

169. *Patiare.*] Guelph. pr. *paciere.*

170. *Te precor.*] Ita editur ex libro Vaticano. Noſtri cum reliquis *Deprecor.* Heinſii coniecturam *Ne precor* refellit Gesnerus ad Claudian. XV. 287.

173. *Pleiada ſi quaeres.*] Hanc Puteanei codicis verisſimam ſcripturam Guelph. pr. ſuffragio ſuo comprobat. Duo *Plyada ſi quaeris*, quart. *Pleida ſi quaeras* dederunt.

175. *Qua nulla beatior ora.*] Guelph. pr. et ſec. *hora eſt*, tert. et quart. *ora eſt.*

181. *De turba narrem.*] Guelph. pr. *de narrem turba.*

186. *Vna domus quasuis.*] Omnes etiam Guelph. *Vna domus quae vis.* Ita optimi loquuntur. Cic. in Bruto c. 93. *Quantum non quiuis vnus ex populo, ſed exiſtimator doctus et intelligens posſet cognoſcere.* Liu. VI. 40. 5. *Vnus Quiritium quilibet.* Iactationi vero Paridis conueniens erat dicere, vniuscuiusuis domus Troianae opes tantas esſe, vt domus magnae magnarum, minores minorum, vrbium diuitias aequent.

188. *Terra beata mihi eſt.*] Guelph. ſec. et quart. verbum *eſt*, et in fine hexametri ſequentis omnes noſtri *es* omittunt.

192. *Deliciisque decet*] Guelph. ſec.

Deliciisque nouis luxuriare decet.

193. *Cum videas cultum.*] Hoc tenet Guelph. tert. Tres praeferunt *cultus.* Paullo poſt tres *Qualem Dardanias*, quartus *Quales Dardanidas* dederunt.

195. *Phryx erat, et noſtro.*] Guelph. quart. hoc diſtichon duobus proxime ſequentibus temere poſtponit.

197. *Et noſtro genitus.*] Praepoſtero ordine Guelph. tert. *et genitus noſtro.*

198. *Cum dis potandas.*] Hoc repraeſentant Guelph. pr. et ſec. Duo *potando.*

201. *Phryx etiam Anchiſes.*] Guelph. ſec. *Phryx erat Anchiſes.*

203. *Et annis.*] Noſtri cum vulg. *et armis.*

205. *Non dabimus certe ſocerum tibi, clara fugantem Lumina; qui trepidos a dape vertat equos.*] Nihil ſuſpicionis in hoc diſticho haerere debet. Vulgare fuisſet dicere, Non per me accipies ſocerum, qui ſolem fuget. Noſter vero ποιητικώτερον et pleniore quaſi ore dicit:

Non dabimus certe ſocerum tibi, clara fugantem
Lumina:

tamquam Tantalus ſcelere ſuo non ſolem tantum, ſed lunam, ſed omnia ſidera, fugare potuerit. Ita Oroſius I. 12. *Quidquid illis temporibus perpetratum coniici datur, quod etiam aſtra fugisſe dicuntur.* Similiter in proximo quum dicere licuisſet, A cuius epulis equi Solis fugerint trepidi; poëtae decorum erat *equos* generatim dicere: quaſi ab infando Tantali ſcelere non Solis equi tantum trepidi fugerint, ſed quivis alii equi potuerint conſternari. In Guelph. ſec. *vertit* pro *vertat* perperam ſcribitur.

206. *Lumina.*] Guelph. quart. *Sidera.* Mox ſec. *vertit equos.*

207. *Nec pater eſt Priamo.*] Omnes Guelph. *Nec Priamo pater eſt.*

208. *Signet aquas.*] Guelph. pr. ac tert. *ſignat:* quart. *ſanguine ſignet aquas.*

211. *Quid tamen hoc refert.*] Guelph. quart. ſolus ex noſtris *haec refero.*

216. *Multaque, quae laedant.*] Guelph. ſec. *laedunt.*

220.

220. *Imposuit.*] Nostri cum prius vulgatis *Imponit.* Paullo post Guelph. tert. *iste tuo*, reliqui *ille tuo.*

221. *Quid enim tamen omnia narrem.*] Guelph. pr. *quid ne tamen*, vnde Heinsius *quid ni* coniiciebat: sec. *quod tamen*: tert. et quart. *quid non tamen.*

225 *Demitto.*] Guelph. sec. *dimitto.*

229. *Saepe mero volui.*] Verae scripturae vestigium superest in Guelph. tert. *Saepe meo am volui.* Reliqui cum prius vulgatis obtrudunt *Saepe meam volui.*

233. *Illa videre.*] Guelph. pr. et quart. *ista videre.*

234. *Sed dolor a facie.*] Guelph. quart. *Sed dolor est facie*, sec.

Sed dolor a facie maior abesse tua est.

237. *Mea vulnera.*] Guelph. pr. *mea murmura*: ita tamen, vt vocabulum *vulnera*, tamquam scriptura varians, inter versus adiectum sit.

239. *Ah quoties.*] Guelph. sec. et quart. *Ha quociens.*

240 *Quaereret ille.*] Guelph. pr. *ipse*, quod fortasse ex *iste* factum est.

241. *Ah quoties iuuenum narraui potus amores.*] Guelph. pr. sec. et quart.

Ah [sec. *Ha*] *quociens aliquem narraui potus amorem.*

Quia versus, qui proximi sequuntur, singularem numerum vocabuli *amorem* requirere videntur, amplector scripturam Guelph. tert.

Ah quoties iuuenum narraui potus amorem,

et *iuuenum amorem* interpretor, amorem aliquem adolescentis et puellae alicuius. Sed hoc qualecumque viris doctis videbitur, illud profecto haud grauate dabunt, Heinsium atque Burmannum, viros alioqui peracutos, paediconum mentionem alienissimo loco hic intulisse.

244. *Ille ego.*] Guelph. quart. *Ipse ego.*

252. *Tortilis e digitis excidit.*] Omnes Guelph. *a digitis*, quod haud temerarium videtur. Ita Plautus Amphitr. III. 3. 12.

Tu gubernatorem a naui huc euoca verbis meis.

Ouid.

Ouid. met. VII. 778.

Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.

Idem ex Pont. II. 5. 65.

Distat opus nostrum, sed fontibus exit ab isdem.

Adde Burmannum infra ad ep. XVIII. 10.

257. *Clymenen Aethramque.*] Guelph. quart. *Aethram Clymenenque.*

258. *Ausus sum blandis.*] Ita Guelph. quart. Tres *Ausus cum blandis.*

259 *Non aliud.*] Guelph. pr. *nil aliud.*

261. *Magni pretium.*] Omnes Guelph. *pretium magni.*

262. *Teque suo victor posset habere toro.*] Guelph. sec. tert. et quart transponunt *posset victor.* Deinde in sec. scriptum est *habere junn.* Inuenerat librarius iste in exemplari suo *habere sinu.* Hoc valde placebit, si paullo post rescribas:

Venit vt in Phrygios Hippodamia toros.

Aliud quid sonant *Phrygii sinus*, quam quod huius loci sententia requirit.

263 *Vt tulit Hippomenes.*] Post hunc versum Guelph. sec. et quart. inculcant insulsi hominis commentum istud;

Quae proprio cursu vicerat ante procos.

Sic et tu Phrygias venias, regina, per vrbes.

267. *Audacia fortior isset.*] Guelph. pr. et quart. *victoria fortiter isset*, sec. *audacia fortiter isset.* tert. *victoria fortiter esset.*

268. *Opus.*] Guelph. quart. *bonus*

270. *Amplectique tuos, si patiare, pedes.*] Guelph. sec. *pedes, si patiare, tuos.*

273. *Sigeos repetam te coniuge portus.*] Idem *te repetam Sigeos coniuge portus.* Deinde omnes nostri *Aut hic Taenaria.*

275. *Destricta*] Guelph. omnes *districta.*

277. *Hoc mihi, nam repeto.*] Guelph. sec. *Haec mihi nam recolo*: quart.

Hoc mihi, nam recolo, fore quod coeleste sagitta.

Etiam in pr. verbum *recolo* supra versum adscriptum est.

285. *Ah nimium.*]Guelph. sec. et quart. *Ha nimium.*

286. *Putas.*] Guelph. quart. *putes.*

291. *Si ſunt vires in ſemine auorum.*] Guelph. omnes *ſi ſint.* Poſtea pr. et quart. *amorum*, ſec. *amoris.*

293. *Tum ſis.*] Guelph. quart. *tunc ſis.*

295. *Corrigat.*] Guelph. pr. ac tert. *corrigit.* Duo *corriget.*

298. *Neue tui.*] Omnes etiam Guelph. *Neue ſui*, quod erat rectius.

301. *Iuit et Idaei.*] Guelph. pr. *Eſſet vt Idaei*, ſec. *Ipſe abiit et Idaei*, tert. *Ibant et Idaei*, quart. *Ipſe abit Idaei.*

305. *Hunccine tu ſperes.*] Noſtri omnes *ſperas.*

307. *Bona ſumma.*] Iidem *bona magna.* Et longe efficacius erat dicere, vxorem formoſam a Menelao non modo ſummum, ſed ne magnum quidem bonum putari.

309. *Vt te nec mea vox, nec te.*] Guelph. ſec. *Vt niſi te mea vox et nos meus* cet. tert. *Vt ne te mea vox*: quart. *Vt nec te mea vox.*

313. *Pene ſuis ad te manibus deduxit.*] Guelph. ſec. *Pene ſuis manibus ad te reduxit*: quart. *Pene ſuis manibus ad te deduxit.*

314. *Vtere non vafri.*] Guelph. pr. ac tert. *Vtere mandantis*, ſec. et quart. *mandatis.*

316. *In viduo iaceo.*] Guelph. ſec. *In medio lecto.*

320. *Adſtringam verbis in ſacra iura tuis.*] Guelph. pr. ac tert.

Aſtringam verbis in tua iuſſa meis.

ſec.

Abſtringar verbis in tua iura meis.

quart.

Aſtringam verbis in tua iura meis.

321. *Noſtri.*] Guelph. pr. et quart. *noſtra.*

323. *Et metuis.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *aut metuis.* Deinde pr. a librario *ne tu videare.*

324. *Criminis huius agar.*] Noſtri *ero.*

325. *Nam ſequar.*] Guelph. pr. ante correctorem *ſequor.*

328

328 *Enumerabor.*] Guelph. pr. *adnumerabor*, fec. tert. et quart. *annumerabor*: quod iure vindicat Burmannus. Legitur quidem apud Ciceronem in Bruto c. 32. *Enumera*, *inquit*, *me in plerisque*, fed integritatem loci praeftare non aufim.

329. *Troïa.*] Noftri *Troica.*

330. *Iam facient.*] Ita Guelph. pr. a correctore, fed *faciunt* a librario.

334. *Planget.*] Guelph. quart. *tanget.* Idem in margine: al. *tinget.*

336. *Iliadesque omnes.*] Idem *Iliades omnes.* Deinde omnes *totaque Troia dabit.*

337. *Hei mihi! pars a me.*] Guelph. quart. *Ei mihi vix a me pars dicitur.*

340. *Graecia magna.*] Idem *Graecia tota.*

341. *Dic quae repetita per arma eft?*] Guelph. pr. *ecquae eft repetita per arma?* Et facilius librarii pronomen *ecquis* corruperunt, quam inculcauerunt. Guelph. fec. *quae eft*, tert. *et quae eft*, quart. *quaeque eft repetita per arma?*

346. *Laefa nec eft.*] Guelph. pr. *neque eft.* Deinde fec. *Colchi Theffala terra manu.*

350. *Quaeque timere libet.*] Guelph. pr. *Quodque*, duo *Quaque timere libet*, quart *Quaeque timere licet.*

353. *Veftrae copia terrae.*] Guelph. pr. *terrae copia veftrae.*

359. *Vario iuuenes.*] Guelph. pr. fec. et quart. *iuuenes vario.*

361. *Neue putes, non me, nifi cominus, effe timendum.*] Guelph. pr.

Neue putes, Paridem, nifi comminus, effe timendum.

Hoc magno opere commendarem, fi ad liquidum perducta esfent, quae de particula *nifi* pro *non nifi* vfurpata disceptant viri docti, Gronou. et Drakenb. ad Liu. XXXIIII. 16. 1. Cort. ad Salluft. Iug. LIIII. 5. Oudendorp. ad Sueton. Caef. c. 14. De orthographia aduerbii *comminus*, quam e codice noftro

ſtro propoſui, conſule Cortium ad Salluſt. Iug. LX. 3. In Guelph. ſec. corrupte ſcribitur:

Neue putes et me niſi comminus eſſe timendus.

362. *Iuſſo.*] Guelph. quart. *viſo.*

363. *Num potes.*] Noſtri et hic, et verſu proximo, *non potes.*

365. *Numquid.*] Guelph. quart. *numquam.*

366. *Inſtar habet.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *inſtar erit.*

371. *Indigner.*] Hoc ſiſtit Guelph. pr. Tres *indignor.* Deinde ſec. et a gloſſatore pr. *pro tanta ſumere bellum.*

372. *Magna mouent.*] Guelph. pr. a librario *magna manent.*

373. *Tu quoque, ſi de te.*] Guelph. pr. *Et tu, ſi de te.* Mox noſtri omnes *contenderet.*

AD EPISTOLAM XVII.

7. *E gente.*] Guelph. pr. et quart. *a gente*, ſec. *ex gente.*

10. *Hoſpes, an hoſtis.*] Guelph. pr. et quart. *hoſtis an hoſpes.*

15. *Vultus mihi triſtis.*] Omnes Guelph. *triſtis mihi vultus.*

16. *Duris torua.*] Guelph. quart. *toruis dira.*

17. *Sine crimine vixi.*] Hoc tuetur Guelph. pr. Pro eo ſec. ac tert. dederunt *luſi.* Ita Ouid. faſt. IIII. 9.

Quae decuit, primis ſine crimine luſimus annis.

18. *Et laudem de me.*] Suauiore poſitu Guelph. pr. *Et de me laudem.*

19. *Quo magis.*] Guelph. quart. *Quod magis.* Mox ſec. ac tert. *fiducia coepto.*

21. *Attulit.*] Guelph. pr. et quart. *intulit.*

23. *Delenita.*] Hanc orthographiam ſeruat Guelph. pr. Reliqui *delinita* dederunt.

24. *Cum ſim rapta.*] Guelph. pr. *ſum.*

27. *Luctanti.*] Guelph. ſec. et quart. *luctando.*

29. *Quae*

29. *Quae tua nequitia est.*] Guelph. pr. *Quae tibi nequitia est*: sec. *Quae tua nequitia*, omisso verbo *est.*

30. *Tui.*] Guelph. quart. *tibi.*

35. *Irascatur.*] Nostri *succenset.*

37. *Hoc quoque enim.*] Guelph. sec. *Haec etenim.* Deinde omnes nostri *non quod fiducia desit.*

38. *Nota mihi.*] Guelph. pr. et sec. *nota tibi.*

41. *At peccant.*] Guelph. sec. et quart. *peccent.*

42. *Quid prohibet.*] Guelph. omnes *Quis.*

44. *Putes.*] Ita habet Guelph. pr. a librario, et tert. et quart. At sec. et a correctore pr. *putas.*

46. *Adulter erat.*] Guelph. pr. ante correctorem *erit.*

47. *Possim nescisse.*] Omnes nostri *possum.*

51. *Quod genus.*] Guelph. pr. sec. et quart. *Et genus.*

52. *Clara satis domus haec.*] Guelph. quart. *Clara domus satis haec.*

54. *Tyndareique decus.*] Guelph. pr. ac tert. *Tyndaridaeque genus*: tert. et quart. *Tyndareique genus.*

58. *Priamum Laomedonte.*] Guelph. pr. hoc tuetur. Reliqui *Priamo Laomedonta.*

59. *Suspicio.*] Guelph. pr. *suscipio.*

60. *A nostro nomine.*] Guelph. sec. et quart. cum vulg. *sanguine.*

61. *Sceptra tuae quamuis rear esse potentia Troiae.*] Guelph. sec. *reor.* Deinde pr. *esse potentia terrae*, cui glossator adscripsit *s. Troiae.* Fauerem huic scripturae in Puteaneo codice etiam ab Heinsio repertae, nisi haud multo post *terra tua* repeteretur.

63. *Si iam.*] Guelph. quart. *Sed iam.*

67. *Fines vellem.*] Omnes Guelph. *vellem fines.*

68. *Tu melior.*] Guelph. sec.

Tu maior culpae caussa futurus eris.

71. *Vtque ea non sperno.*] Guelph. pr. *Vtque ea non spernam*, tert. et quart. *Atque ea non sperno.*

74. *Quod per tam longas.*] Guelph. ſec. ac tert. *Quod tam per longas.*

76. *Quamuis experiar.*] Guelph. pr. *Experiar quamuis.*

77. *Cum modo me ſpectas.*] Guelph. quart. *Quomodo.* Deinde pr. tert. et quart. *me ſpectes*, ſec. *me expectas.*

80. *Quaque bibi.*] Guelph. pr. et ſec. *bibo*: tert. *quaque bibis tu quoque parte bibo.*

81. *Ah quoties.*] Guelph. ſec. et quart. *Ha quociens.*

85. *Vel nullo murmure.*] Noſtri *vel longo murmure.*

90. *Hei mihi! iam.*] Guelph. quart. *Ei mihi nam.*

93. *Facies tibi rara.*] Guelph. ſec. *clara.*

95. *Altera vel potius.*] Guelph. tert. et quart. *Altera ſed potius*: ſec.

Altera iam felix vxor ſine crimine fiat.

99. *Quam multos credas.*] Noſtri *credis.*

100. *Qui ſapiant.*] Ita duo ex noſtris: ſec. et quart. *ſapiunt:*

102. *Sed magis oris ineſt.*] Tres Guelph. *ſed minus oris adeſt*: quart. *ſed minus oris habes.*

107. *Praeceptaque.*] Guelph. pr. et quart. *praereptaque.*

109. *Vt tamen optarem.*] Guelph. pr. *Vt nunc optarem*, quod belle reſpondet illi v. 103. *Tunc ego te vellem* cet.

Ibid. *Tibi Troïa coniux.*] Noſtri *tua Troica coniunx.*

110. *Inuitam ſic me nec.*] Hoc ſeruat Guelph. tert. At pr. *ſic me non*: ita tamen, vt raſura indicio ſit, antea *nec* ſcriptum fuiſſe. Perperam ſec. *Inuictam non me ſic*: quart. *Inuitam non me ſic.*

111. *Conuellere.*] Guelph. pr. *mihi vellere.*

113. *Fortuna.*] Guelph. pr. ante correctorem, et quart. *natura.*

118. *Tyndaridos coniux.*] Noſtri *Tyndaridis coniunx.*

122. *Dicor.*] Guelph. ſec. et quart. *dicar.*

126. *Inuidioſa.*] Guelph. tert. et quart. *inſidioſa.*

132. *Praemia ſumma.*] Guelph. ſec. *magna.*

136. *Ferrea ſim.*] Guelph. ſec. tert. et quart. *ſum.*

137. *Repugno.*] Guelph. ſec. et quart. *recuſo.*

140. *Neget.*] Omnes Guelph. *negat.*

142. *Di mihi sint testes.*] Guelph. pr. ac tert. *sunt testes.*

143. *Nunc quoque.*] Guelph. sec. *Hoc quoque.*

151. *Nisi si desistere.*] Guelph. duo *nisi desistere*: tert. *nisi te desistere*: quart. *nisi sit desistere.*

157. *Aut mihi.*] Nostri *At.*

160. *Troïus.*] Iidem *Troicus.*

164. *Non ideo.*] Cum Puteaneo Guelph. pr. *non adeo.*

168. *Iustius.*] Idem *fortius.*

170. *Dedisse foret.*] Omnes Guelph. *fuit*, quod mutari non debuit. Perfectum indicatiui eleganter sustinet vices plusquamperfecti coniunctiui. Cic. de nat. deor. III. 31. *Si homines rationem, bono consilio a diis immortalibus datam, in fraudem malitiamque conuertunt: non dari illam, quam dari, humano generi melius fuit.* Ouid. met. II. 608.

Et dixit, Potui poenas tibi, Phoebe, dedisse;
Sed peperisse prius.

Liu. II. 38. 5. *Et hanc vrbem vos non hostium ducitis, vbi si vnum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit.* Sententia distichi, a qua longissime aberrauit Burmannus, haec est: Illa mihi alioqui iucunda gloria pulchritudinis nunc (quia facit, vt a viro diligentius custodiar) obest: et ad maritum facilius decipiendum liberiusque peccandum vtilius fuisset, si forma mea Famam fefellisset parciusque laudata esset.

177. *Voluntas.*] Guelph. tert. et quart. *voluptas.*

183. *Si non inuitant.*] Perperam Guelph. sec. *inuitent.*

185. *Quam male persuades.*] Haec verborum constructio Trimalchionis conuictores magis, quam Augustei aeui poëtam decebat. Reducendum igitur existimo *Quod male persuades*, quae scriptura est librorum, si tres Burmanni excipias, omnium. Paullo post pro *possis* in Guelph. pr. sec. et quart. *posses* scriptum est.

186. *Vi mea rusticitas excutienda fuit.*] Guelph. pr. et quart. *Vt mea — — foret*: sec. *Et mea — — foret*: tert. *Tu mea — — fuit.*

188.

188. *Esse coacta velim.*] Guelph. pr. et sec. *esse coacta forem*: quart. *ipsa coacta forem.*

189. *Potius coepto.*] Guelph. sec. et quart. *Coepto potius.*

190. *Sparsa resedit.*] Guelph. sec. *recedit.*

192. *Speres.*] Idem *speret.* Mox pro *fuit* pr. sec. et quart. dederunt *fugit.*

194. *Vtraque lusa.*] Guelph. pr. ac tert. *vtraque iusta*, sec. *vtraque victa*: quart. *vtraque iuncta.*

196. *Destituisse.*] Guelph. sec. et quart. *Deseruisse*, tert. *praeposuisse.* Versu proximo sec. *Hoc non ipse negas.*

200. *Expediunt.*] Guelph. quart. *expedient.*

202. *Ventus erit.*] Guelph. sec. *Ventus adest.*

203. *Relinques.*] Guelph. pr. *Relinquis.*

208. *Vt probris terras.*] Guelph. sec. *Vt terram opprobriis.*

209. *Sparte poterit.*] Nostri transponunt *poterit Sparte.*

210. *Quid gentes Asiae.*] Guelph. sec. tert. et quart. *aliae.*

213. *Tibi me sperare.*] Omnes Guelph. *fore me.*

217. *Dices.*] Guelph. tert. *dicas.*

223. *Nempe.*] Guelph. quart. *namque.*

226. *Me tenet ista modo.*] Guelph. pr. ac tert. cum Puteaneo aliisque non paucis apud Heinsium *ipsa* exhibent. Hoc eumdem sensum parit, quem illa verba Tullii post red. ad Quir. cap. 1. *Ipsa autem patria, dii immortales, dici vix potest, quid caritatis, quid voluptatis habet.* Aliud profecto agebat vir doctus, qui haec ita interpretabatur: Ista *est, quam tu contemnis, et barbaram dicis.* Helena Paridi supra versu 64. barbaram patriam exprobrat. Paris ep. XVI. 185. seqq. pauperem et parcam Sparten appellat: sed vt ipse Phryx Achaiam barbaram diceret, eo impudentiae numquam processit.

227. *Succurrat.*] Ita noster pr. Tres *succurret.*

228. *Fratris.*] Guelph. pr. *fratres*, sec. *fratrum.*

230. *Num minus illa.*] Guelph. pr. *num minus ipſa*, ſec. tert. et quart. *non minus illa.*

232. *Non Ipſea parens.*] Guelph. pr. *Non erat ipſe parens.* Sed corrector fecit *Non Ipſea parens*, adiecta in margine gloſſa: *Ipſea proprium nomen matris Medeae.* Guelph. ſec. *Non Yſſea parens*, tert. *Non ipſa parens.*

240. *Ilion arſuram.*] Noſtri *arſurum.*

241. *Quia vicit.*] Guelph. pr. *quae vicit*, ſec. *quae vincit.*

244. *Duae.*] Guelph. quart. *deae.*

245. *Proſequar.*] Guelph. pr. tert. et quart. *perſequar*, quod hoc loco non ſpreuerim.

249. *Iuſta lentum.*] Guelph. ſec. ac tert. *lentum iuſta.*

251. *Iactes.*] Ita Guelph. pr. a librario, ſed a correctore *iactas.* Hoc ſec. tert. et quart. amplexi ſunt.

252. *Iſta ſuis.*] Guelph. pr. ſec. et quart. *tuis.*

253. *Quam ſint.*] Guelph. ſec. *quam ſit.* Reliqui *quam ſunt.*

254. *Bella gerant.*] Guelph. tert *gerent.*

256. *Operis altera digna tui.*] Ita Guelph. tert. Corrupte ſec. *operi altera digna tui.* At pr. et quart. *operis tuis*, quod cum Heinſio retinendum cenſeo.

259. *Aut ego depoſito.*] Guelph. tert.

Aut ego quod faciam poſito fortaſſe pudore.

In Guelph. primo et hic, et quinque ſequentes verſus ita euanuerant, vt de ſcriptura eius nihil conſtare poſſit.

261. *Plura loquamur.*] Guelph. ſec. tert. et quart. *iſta loquamur.*

264. *Haec mora ſit*] Iidem *fit.*

267. *Clymenen Aethramque.*] Guelph. quart. *Aethram Clymenenque.*

AD EPISTOLAM XVIII.

3. *Et ſunt.*] Guelph. tert. *ſunt*, omiſſa copula: quart. *et ſint.*

5. *Morentur.*] Noſtri *morantur.*

6. *Nec*

6. *Nec patiantur.*] Guelph. tres *non patiuntur*, tert. *nec patiuntur.*

8. *Obeunda.*] Guelph. ſec. *abeunda*, tert. et quart. *adeunda.*

10. *Redditur, e portu.*] Guelph. ſec. *Traditur, a portu.*

11. *Cum vincula.*] Guelph. pr. et ſec. *dum.*

15. *Felix i, litera.*] Guelph. ſec. *felix o littera.*

17. *Admotis dominae.*] Noſtri cum vulg. *admotis etiam.* Poſtea ſec. *Rumpere cum.* Mox quart. *dente volet*, ſed in margine: *al. parat.*

21. *At.*] Guelph. pr. *Ah*, ſec. et quart. *Ha.*

23. *Aptior illa quidem.*] Hoc diſtichon a Guelph. tert. temere abeſt.

26. *Vt mare feruet aquis.*] Recte ita dedit librarius Guelph. primi. Glosſator ſupra particulam *vt* adſcripſit, *vel* quo, *id eſt* ex quo. Male ſec. ac tert. *quod mare*, quart. *quo mare.*

35. *Tumidum iuuenilibus.*] Guelph. tert. *timidum iuuenalibus.*

45. *Moderatius.*] Guelph. ſec. *moderantius.*

50. *Hic prope litus adeſt.*] Vnice verum eſt, quod ſiſtit Guelph. tert: *hinc prope litus abeſt.*

56. *Foribus patriis.*] Guelph. ſec. transponit *patriis foribus.*

59. *Luna fere.*] Guelph. ſec. et quart. *Luna mihi*, tert. *Luna fretro.*

61. *Dea candida.*] Guelph. ſec. et quart. *o candida.*

63. *Non ſinat.*] Omnes noſtri *Non ſinit*, quod mihi quidem probum videtur.

70. *Ipſa vides.*] Guelph. pr. tert. et quart. *vide.*

71. *Quanto.*] Ita Guelph. quart. Reliqui *Quantum.*

73. *Tanto.*] Ita Guelph. pr. a librario, ſed a correctore *Tantum.* Longius recedit Guelph. ſec.

Tanto formoſis quanto formoſior illa eſt.

79. *Nullaque vox nostras, nullum.*] Guelph. sec. *Nullaque vox vnquam*, tert. et quart. *Nullaque vox vsquam nostras ven.*

86. *Numen habent.*] Guelph. omnes *lumen habent*, quod iure seruauerat Heinsius. *Lumen*, *lux*, *Φάος*, notae sunt amantium blanditiae. *Numen* non facit ad illa, quae praecedunt, *Vt procul adspexi lumen.*

87. *Et subito lassis.*] Guelph. pr. et sec. *lapsis.*

90. *In cupido.*] Guelph. quart. *in tepido pectore perstat amor.*

93. *Possum cerni.*] Guelph. tert. *possim cerni*, quart. *cerni possum.*

95. *Nunc etiam.*] Ita Guelph. tert. Duo *Tunc.*

101. *Excipis amplexu.*] Guelph. tert. *amplexum.*

102. *Di magni.*] Ita Guelph. tert. solus inter nostros. Reliqui male *diis magnis.*

103. *Deque tuis.*] Guelph. pr. tert et quart. *Eque.*

107. *Nec magis.*] Recte omnes Guelph. *Non magis.*

115. *Cunctatus.*] Guelph. pr. et sec. *contactus*, quod glossator primi interpretatur *excitatus.* Deinde sec. ac tert. *monitus nutricis amarae.*

117. *Repetoque ego.*] Guelph. pr. *repeto quoque.*

119. *Si qua fides vero est.*] Guelph. sec. *vera est*: quart. *Si qua fides vero*, sine verbo *est.* Deinde pr. *veniens huc ante natator.*

121. *Si credas.*] Guelph. sec. tert. et quart. *si credis.*

123. *Quis credere possit?*] Ita Guelph. tert. Reliqui *posset?*

125. *Hei mihi! cur animo iuncti secernimur vndis.*] Guelph. omnes multique codices Burmanni *animis iuncti.* Deinde Guelph. pr. *seiungimur vndis?* Hoc certe profectum est ab ipso Ouidio, qui vocabulorum modo eorumdem repetitione, modo cognatorum coniunctione, maximo opere delectatur. Vide Heinsium supra ad VI. 29. VII. 75. VIII. 42. et ad metam. VII: 260.

133. *Limes.*] Guelph. quart. *limen.* Sed idem paullo ante habet *attritus.*

135.

135. *Iterare.*] Hoc Guelph. pr. et quart. tenent. In sec. legitur *iterate*, quod fauet Heinsio non sine bonorum librorum auctoritate verissime emendanti *iter ante.* Verbum *iterare*, quia nomen, ad quod referatur, non habet, vix tolerari queat. Guelph. tert. hunc versum, relicto tamen vacuo spatio, omittit.

141. *Amissa.*] Guelph. sec. *admissa.* Verbum *est*, quod in fine huius versus legitur, noster tert. abiecit.

142. *Crimine nomen.*] Nostri omnes *nomine crimen.*

145. *Nauisue.*] Iidem *nauisque.*

147. *Arte egeo nulla.*] Guelph. sec. *Parce*, tert. *Parte egeo nulla.* Deinde quart. *dum sit modo copia.*

149. *Nec sequar.*] Guelph. tert. *Nec sequor.* Postea omnes *Tyrus.*

151. *Andromedan.*] Hoc sistit Guelph. pr. Male sec. *Andromachen*, tert. *Andromedon*, quart. *Andromaden.* Mox omnes *claramque*, quod non displicet propter sequens *Quaeque.* Guelph. quart. *spectet alius claramque micenam*: in marg. *al. coronam.*

153. *Quod Perseus.*] Guelph. pr. *quid*, sec. *qui Perseus.*

156. *Non erit.*] Guelph. tert. *Non erat.*

157. *Et in vltima Ponti*] Guelph. sec. *atque vltima*, tert. *et vltima.* Quid in primo codice scriptum fuerit, non est perspicuum.

158. *Pinus, eam.*] Guelph. pr. *nauis eam*, tert. *pinus eo*, quart. *puppis eam.*

159. *Possim.*] Guelph. sec. et quart. *possum.*

161. *Languent mihi.*] Nostri *languent mea*, quod de primo tamen coniectura magis, quam oculis, iudicamus.

165. *Ad sua praemia.*] Minus bene Guelph. sec. *ad sua gaudia.*

166. *Eleo.*] Guelph. quart. *eolio.*

169. *Morare.*] Ita in Guelph. pr. manifeste legitur. Male sec. et quart. *moraris*, tert. *morari.*

170. *Et mihi.*] Guelph. quart. *hinc mihi.*

171. *Hic es, et exiguum misero.*] Hanc scripturam confirmat Guelph. pr. Corrupte sec. et quart. *Hinc est, quod varo misero*: tert. *Hinc est exigue misero.*

172. *Fiunt.*] Guelph. sec. ac tert. *fiant.*

174. *Num minus hoc.*] Guelph. pr. tert. et quart. *Num minus haec*, sec. *Non minus haec.*

175. *An malim.*] Guelph. pr. ac tert. *Num malim*, sec. *Non malim.* Glossator primi codicis super *Num* adscripserat: *id est* an.

176. *Habere mea.*] Guelph. pr. sec. et quart. *meam.*

177. *Quo propius nunc es.*] Guelph. pr. et tert. *est*: sec. *Quo propius vt nunc est*: quart. *Quo propior nunc es.*

180. *Hoc mihi pene mouet.*] Ita Guelph. pr. Perperam sec.

Saepe sed heu clamas hoc mihi pena monet:

tert. et quart. *que mihi pena mouet.*

189. *Quam sit.*] Nostri *quam sim.*

197. *Optabo tamen.*] Guelph. sec. *Et tamen optabo.*

203. *Desino, parce queri.*] Guelph. pr. *Desino parte*: sec. tert. quart. et a correctore primus *Desine parte.* Deinde pr. ac tert. *sed vt et mare*, quod suauius videtur. Guelph. sec. *sed vt mare*, corrector primi *sed vt hoc mare.*

205. *Dum transferor isto.*] In euanescente Guelph. primi scriptura nihil hic dignoscere potui. In sec. erat *istuc*, in tert. *istoc.*

206. *Perstet hiems.*] Guelph. tert. *praestat.*

207. *Illic est aptum.*] Omnes nostri *Istic.* Iidem tamen postea seruant *Illic me claudat.*

208. *Stat mea puppis aqua.*] Guelph. tert. *stet.*

209. *Vbi dulce morari.*] Omnes nostri *morari est.*

213. *Me pariter venti teneant.*] Guelph. pr.

Me pariter venti teneant tenerique lacerti.

sec.

Me teneant venti pariter tenerique lacerti.

214. *Per caussas istic.*] Guelph. sec. *Per illic causas*, quart. *Per causas illic.*

218.

218. *Prosequar.*] Guelph. pr. tert. et quart. *persequar*, quod Heumanno probum videbatur.

AD EPISTOLAM XVIIII.

12. *Sequacis.*] Hoc exhibent Guelph. pr. ac tert. At sec. et quart. *fugacis.*

13. *Nunc volucrem.*] Guelph. sec. *volucres*, et postea *pisces.*

15. *Submotae.*] Guelph. pr. *summotae*, reliqui *summotis.*

16. *Quod faciam.*] Guelph. pr. sec. et quart. *Quid faciam.*

17. *Teque, o mea sola voluptas.*] Guelph. pr. *teque omni*, sec. *mea te o sola voluptas.*

18. *Reddi.*] Guelph. sec. et quart. etiam a correctore pr. *credi.*

29. *Vtque rogem de te.*] Guelph. sec. *Vtue rogem de te vel vt scribam si quis Abidon*: tert. *Vtue de te et scribam si quid Habido*: quart. *Vtue rogem de te. scribam tibi si quis Abido.* Codicis Guelpherbytanorum primi litterae et hic, et in proximis, ita vetustate detritae sunt, vt eius testimonio in his plane non, vsque ad versum 113. huius epistolae tantum rarius vti possimus.

30. *Venerit.*] Guelph. sec. *Venerat.*

31. *Dem vestibus.*] Guelph. sec. et quart. *do vestibus.*

33. *Acta est.*] Guelph. tert. *facta est.*

34. *Pulso.*] Ita noster pr. Reliqui *pulsa.*

36. *Signa notamque.*] Guelph. sec. *signaque nota.*

38. *Fallimus.*] Guelph. tert. *fallimur.*

39. *Quid loquar.*] Guelph. sec. et quart. *loquor.*

41. *Iamne putes.*] Guelph. sec. tert. et quart. et hic, et in fine versus 44. dederunt *putas.*

45. *Adnuit illa fere.*] Guelph. sec. *Annuit illa fore.*

49. *Cum tacta.*] Guelph. sec. *contacta.* Idem, et tert. et quart. postea *stamina terra.*

52. *Vtilis aura.*] Guelph. quart. *ventus et aura.*

58. *Et, quamquam non vis.*] Guelph. tert. et quart. *Et quamuis non vis.*

59. *Me spectare.*] Guelph. sec. *iam sperare*, tert. et quart. *iam spectare.*

62. *Nunc iuncto vestra.*] Guelph. sec. *coniuncto nostra*, tert. et quart. *nunc iuncto nostra.* Istud *vestra* merito reiicit Gesnerus in thes. L. L. voc. *Vester.*

63. *Linguae reticenda modestae.*] Guelph. sec. tert. et quart *lingua reticenda modesta.*

71. *Nanti.*] Guelph. pr. *nautis.*

73. *Timebas.*] Guelph. tert. *videbas.*

74. *Rapta.*] Ita Guelph. pr. Reliqui *capta.*

75. *Copia cursus.*] Guelph. sec. *copia nandi*, sine dubio de glossa.

80. *Noceret.*] Idem *nocebit.*

83. *Lenta tonantes.*] Nostri omnes *laeta sonantes.*

90. *Magnus vbi est*] Guelph. sec. verbum *est* abiecit. Idem paullo post *Sis tamen hic potius.*

97. *Ne non sim.*] Ita Guelph. pr. ac tert. Male sec. *Vt non sim.*

100. *Ducar.*] Nostri *Dicar.* Mox pr. *Cressa*, a correctore *Sesta:* sec. *Sexta:* tert. *Cresa puella toro:* quart. *Sesta puella viro.*

102. *Agas.*] Guelph. tert. *agis.* Deinde Guelph. pr. sec. ac tert. *In tua si veniunt.*

104. *Sitque.*] Guelph. sec. ac tert. *Fitque.* Postea sec. et quart. *Ha potius.*

109. *Amauit?*] Guelph. sec. *amabit?* Versu proximo tert. *ipse timere locus.*

112. *Vera iubet.*] Guelph. sec. ac. tert. *iuuat*, quart. *facit.*

115. *Aut vt ventusue.*] Ita Guelph. pr. et quart. Minus bene sec. ac tert. *aut hic ventusue.*

116. *Caussaque sit certae.*] Adsentior Heumanno, in adnotationibus Musaeo Kromayeri adnexis, aduerbium *certe*

hic

hic retinendum esſe cenſenti, et pro *ſaltem*, *ad minimum* accipienti. Eadem ſignificatione legitur ſupra ep. I. 3.

Troia iacet certe, *Danais inuiſa puellis.*

Quem locum non ſollicitauisſet Burmannus, neque pro *certe* reponendum esſe *per te* coniecisſet, ſi animaduertisſet, quanto opere ſubſequens pentameter repugnet ſententiae, quae ex infauſta illa emendatione progreditur.

118. *Iamdudum peccas*, *ſi.*] Aptius oratio Herus cohaerebit, ſi reponas *pecca.* Huic verbo prior littera proximae particulae *ſi* adhaeſit, quod infinitis locis fieri meminimus. Conf. Ciofan. ad Ouid. met. XIIII. 484. et Drakenb. ad Liu. XXXX. 7. 8. Quam pulchre aduerbio *iamdudum* cum verbo imperatiui modi conueniat, quum alii loci optimorum ſcriptorum non pauci teſtantur, tum ille Naſonis ep. XX. 80.

Iamdudum dominae more venire iube.

123. *Mater pia.*] Guelph. ſec. *pia mater.*

125. *An mare.*] Noſtri *Aut mare.*

126. *Vexat.*] Ita duo: tert. et quart. *Verſat.*

133. *Circeque et Alymone nata.*] Guelph. pr. *celiceque et aueone*, ſec. *ceyceque et aminone*, tert. *ceiceque hic et aueone*, quart. *ceyceque et antone.* Hi propius, quam plerique codices, quos alii magno numero conſuluerunt, ad ſcripturam vnice veram illam accedunt, *Calyceque Hecataeone nata*, quam ex Hygino reſtituendam esſe, vidit Heinſius.

135. *Laodice.*] Noſtri omnes *Laudice.*

138. *Compoſuisſe.*] Guelph. pr. ſec. et quart. *conſeruisſe.*

141. *Latoque.*] Guelph. ſec. *lateque.* Paullo poſt tert. *hic breuis vnda duas.*

146. *Gloriaque eſt ſtagno quolibet iſta minor.*] Sententia diſtichi, in quo explicando Naſonis duo, iique non indocti, interpretes offenderunt, haec esſe videtur: Gloria iſta minor eſt, quam pro magnitudine ſtagni cuiuslibet: ſiue, Tantum abeſt, vt iuuenem natantem terrere facinus Neptuno ſit dignum; vt ſtagnum vel modicum pudere debeat, eiusmodi facto gloriam captare.

148.

148 *Ducit.*] Guelph. sec. *duxit.*

151. *Sternuit et lumen.*] Guelph. tres *Stertuit et lumen,* tert. *Interea et lumen.* Postea nostri omnes *Stertuit et nobis.*

153. *Instillat.*] Guelph. sec. *distillat*, quart. *stillauit.* Postea sec. *et illa bibit.*

161. *Ire libet tumidas.*] Nostri *medias.*

163. *Nam cur hoc vectis.*] Ita Guelph. sec. At pr. *huc*, tert. *hic.*

165. *Metuas ne tempora.*] Guelph. omnes *metuis*, sec. *ne robora*, quart. *vt robora desint.*

166. *Aut gemini nequeas.*] Guelph. sec. *Ac nequeas gemini*, tert. *At gemini nequeas.*

171. *Clam cogit amare.*] Nostri *tam cogit.* Et glossator primi super *amare* adscripsit *aduerbium.*

174. *In dubio est.*] Guelph. tert. *in dubium est.*

182. *Sic facito spernas.*] Guelph. sec. ac tert. *vt spernas.*

183. *Vincuntur ab aequore puppes.*] Guelph. pr. sec. et quart. *merguntur*, tert. *mergantur.* Deinde tres *ab aequore naues*, quart. *in aequore pisces.*

184. *Putes?*] Ita Guelph. quart. Priores *putas?*

187. *Quod hortor.*] Guelph. tert. *quod opto.*

190 *Lassa.*] Guelph. sec. *lapsa.*

191 *Obuertor ad vndas.*] Ita Guelph. pr. Male sec. *obuerso in vndas*, tert. *obuersor ad vndas.*

192 *Nescio quae.*] Ita Guelph. pr. Idem vero a correctore *quid.* Hoc etiam sec. tert. et quart. tenent. Paullo post omnes nostri perperam dederunt *frigore pectus habet.*

194. *Quamuis est.*] Guelph. sec. *Quamuis sit.* Idem postea *illa placida*, tert. *placata.*

206. *Sospes erit.*] Guelph. pr. cum melioribus Heinsii *ero*, quod verum puto.

208. *Tum placidas tuto.*] Guelph. pr. et sec. *Tu placidas tuto:* tert. *Tum placidas toto:* quart. *Tu placidas toto.*

209. *Nanti quoniam.*] Guelph. sec. tert. et quart. *quoniam nanti.* Versu proximo sec. *Leniet.*

AD EPISTOLAM XX.

2. *Promissam satis est.*] Guelph. pr. *Periuram satis est.*

4. *Vlla parte dolente, dolor.*] Guelph. sec. *nulla parte:* pr. *dolere*, sec. tert. et quart. *dolore*. Nihil verius est, Bernensis codicis scriptura, quam Burmannus adnotauit, illa:

Qui meus est, illa parte dolente, dolor.

Ad verba *illa parte* ex praegresso *meus* adsumendum est *mei*, quae suauis est σύλληψις. Vide Cortium ad Cic. IIII. ad diuers. ep. 13. n. 18. Cydippen partem sui dicit Acontius, quemadmodum Theseum Ariadne in illo ep. X. 58.

Perfide, pars nostri, lectule, maior vbi est?

5. *Ora subit.*] Nostri *ante subit.*

9. *Ab arbore foetus.*] Recte Guelph. pr. ac tert. *fetus.* Minus bene sec. *fructus.*

15. *Nunc tempore.*] Guelph. pr. ac tert. *nec*, sec. *ne tempore.*

16. *Et spe.*] Ita Guelph. sec. At pr. *Ex spe*, tert. *Et spem.* Mox sec. quart. et pr. sed hic in margine, *crescit amor.*

19. *Vt erant.*] Nostri *vt erat.*

20. *Probasse.*] Guelph. pr. tert. et quart. *tulisse*, sec. *notasse.*

23. *Nisi quo.*] Tres *nisi quod*, tert. *nisi vtque.*

27. (*Si quid tamen egimus*) *a me.*] Pro *a me* Guelph. pr. sec. et quart. *arte*, tert. *ante.* Puteanei libri scriptura *a me* displicet, quia Acontius dicere videtur, Amorem magis, quam se, iurisiurandi carmen illud composuisse. Seruo igitur *arte* quod erat in prius editis, et in plerisque manu scriptis exemplaribus reperitur. Hoc non repudiassent editores proximi, nisi falso sibi persuasissent, id casum sextum nominis esse. Est vero aduerbium illud, quod vulgo *arcte* scribere solent. *Artius astringere* ex ipso Cicerone atque ex Horatio satis notum est.

31. *Huic nomen facto.*] Nostri *huic facto nomen.*

34. *Altera fraus haec est.*] Guelph. tert. *hic est*, quart. *hoc est.* Vide supra ad II. 56.

36. Te-

36. *Teque petam: caueas tu licet ipsa peti.*] Guelph. pr. *ipsa petam*: tres cum prius vulgatis *ipse petam*. Huic scripturae primas deferre non dubitabis, dum interpungas ita:

Teque petam. Caueas tu, licet: ipse petam.

37. *Placitas.*] Inepte nostri *placidas*. In Guelph. quarto tamen corrector fecit *placitas*.

39. *Possim plures.*] Guelph. tert. *posse plures*.

41. *Mille doli.*] Guelph. sec. et quart. *modi*. Postea tert. et quart. *sudamus in vno*.

42. *Nil finet esse meus.*] Nostri *finit*.

47. *Proficiant.*] Guelph. pr. *proficiunt*, sec. et quart. *proficient*, tert. *profient*.

48. *Inque tui cupido.*] Guelph. sec. quart. et a glossatore pr. *mei cupido*.

50. *Possit vt esse.*] Guelph. pr. ac tert. *posset*.

57. *Hoc flaui faciunt crines.*] Guelph. sec. *Hoc faciunt flauique crines*, tert. et quart. *Hoc faciunt flaui crines*.

58. *Quaeque.*] Guelph sec. et quart. *Quasque*.

60. *Thetidi.*] Nostri *Thetidis*. Mox pr. et quart. *vix reor esse pedes*.

62. *Quin sibi par sit.*] Inepte etiam nostri *quin tua pars sit*.

67. *Patiar.*] Ita Guelph. pr. Duo *patior*.

70. *Victa secuta suum.*] Guelph. pr. ac tert. *nempe secuta virum*, duo *nempe secuta suum*.

71. *Quamlibet.*] Guelph. sec. *Qualibet*.

74. *Copia placandae sit modo parua tui.*] In nostris est *placandi*. Ordine mutato Guelph. quart. dedit:

Sit modo placandi copia parua tui.

75. *Flentem liceat.*] Guelph. pr. *liceat flentem*, tert. *liceat flentes*.

76. *Verba suis.*] Ita Guelph. pr. Male sec. et quart. *meis*, tert. *tuis*.

78. *Ad tua crura.*] Guelph. pr. *in*, tert. et quart. *sub tua crura*.

82. *Li-*

82. *Liuida facta.*] Guelph. tert. et quart. *nostra.* At pr. *aspera nostra.* Optem igitur ex duobus Heinsii codicibus *aspera facta.* Puellarum vnguibus genae facilius asperae, quam liuidae fiant. Praeterea, vocalis eiusdem sexies deinceps redeuntis concursu vitato, versus erit sonantior.

90. *Iste mihi.*] Guelph. quart. *ille mihi.*

91. *Nunc reus.*] Guelph. sec. *Cur reus.*

93. *Hoc quoque, quod ius est, sit scriptum iniuria nostrum.*] Guelph. sec. et quart.

Hoc quoque, quod iussit, scriptum est iniuria nostri.

Tertius:

Hoc quoque quid iussit scriptum iniuria nostri.

At optimus noster, a quo non longe recedit optimus Heinsii:

Hoc quoque, quod tu vis, sit scriptum iniuria nostra.

Hinc mihi vero simile fit, Ouidium scripsisse:

Hoc quoque, quod tu vis, sit scriptum iniuria nostrum.

Aut, si mauis:

Sit quoque, quod tu vis, sit scriptum iniuria nostrum.

Saepissime vero *velle* priscis sonabat *opinari*, *censere*, *dicere.* Cicero de nat. deorum III. 8. *Eo minus id, quod tu vis, possum mente comprehendere.*

94. *Quod de me solo.*] Guelph. pr. *Quod solo de me*: sec. *Quod de me hoc solum.*

95. *Non meruit falli mecum.*] Guelph. pr. *Non mecum falli meruit.*

98. *Et vocem memori condidit aure tuam.*] Guelph. sec. et quart. *Et memori vocem.* Deinde pr. *condidit ore suo*: tert. *concipit aure tuam.*

100. *Quod nolim.*] Ita erat in Guelph. pr. a correctore, sed a librario *quae nolim.* Sec. et quart. *quae nolit*, tert. *quod noluit.*

101. *Testis erit Calydonis aper, nam scimus, vt illo.*] Guelph. sec.

Testis erat calidoneus: nam aper scimus vt illo.

Tertius

Tertius:

Teſtis erit calidoniis aper ſieſeus ....

Ad hunc proxime accedunt Sarrauianus et alii codices apud Heinſium, in quibus erat *ſic ſaeuus vt illo.* Haec monſtra lectionum ex eo nata mihi videntur, quod in antiquiore libro *ſuſaeuus*, pro *ſus ſaeuus*, ſcriptum fuit. Lenisſima igitur curatione ad ſanitatem, quod praeſiſcine dixerim, redibit depoſitum ac prope conclamatum diſtichon, quod ita conſtituendum esſe crediderim:

Teſtis erit Calydonis aper, ſus ſaeuus, vt illo
Sit magis in natum ſaeua reperta parens.

Vt ſit ſententia: Quam iracunda ſit Diana, documento poteſt esſe Calydonius aper, ſaeua ſane beſtia, quamuis reperta ſit mater, Althaea ſcilicet, quae crudelius in filium Meleagrum ſaeuisſe videtur, quam idem aper in eumdem Meleagrum ſaeuiuerat. Neque mirabimur, aprum *ſuem ſaeuum* dici. Saepe enim apri *ſues*, et ipſe ille infeſtae famulus vindexque Dianae ab Ouidio metam. VIII. 272. *ſus*, et ibid. v. 359. *vulnificus ſus* appellatur. Exquiſitior quoque ſignificatio particulae *vt*, pro *licet*, *quamuis* accipiendae, librariis imperitis fraudi et esſe potuit, et ſaepe fuit. Duo eius rei exempla, quae nunc in memoriam redeunt, ex Cicerone dabo. In libro de ſenectute c. 8. princ. verſus Caecilii Tullius adfert illos:

Aedepol ſenectus, ſi nihil quidquam aliud vitii,
Apportes tecum, cum aduenis; vnum id ſat eſt.

Eosdem verſus ex Caecilii Plocio Nonius, in voc. *Aduenire*, producit hoc modo: *Edepol ſenectus, vt ſi nihil aliud apportes tecum, quum aduenis, vnum id ſat eſt.* Ita Mercerus edidit, atque ita haec leguntur in antiquisſimo Nonii codice Gudiano. Mihi igitur vix dubium videtur, quin Caecilius ſcripſerit:

Edepol ſenectus, vt nihil [pronuntiandum eſt *nil*] *quidquam aliud viti*
Apportes tecum, cum aduenis, vnum cet.

Alter

Alter locus Ciceronis, quem eadem medicina indigere opinor, eſt ex Laelio cap. 15. extr. *Etenim cetera cum parant, cui parent, neſciunt, nec cuius cauſa laborent. Eius enim eſt iſtorum quidque, qui vincit viribus: amicitiarum ſua cuique permanet ſtabilis et certa poſſeſſio: vt, etiam ſi illa maneant, quae ſunt quaſi dona Fortunae, tamen vita inculta, et deſerta ab amicis, non poſſit eſſe iucunda.* Horum verborum conſecutio, quae nunc quidem turpiter claudicat, aptisſime procedet, ſi a verbis *vt etiam ſi illa maneant* nouam periodum ordieris, ſublataque coniunctione *ſi*, particulam *vt* per *quamuis*, ſiue *fac*, interpretaberis. Ad hanc emendationem tentandam quaſi manu me duxit membrana vetus, in qua poſtrema verba ſic erant ſcripta: *non poteſt eſſe iucunda.* Verbo *poteſt* autem locus non esſet, ſi praecedens particula *vt* vim coniunctionis haberet.

106. *Exſtat humo.*] Omnes Guelph. *aſtat*, quod merito retinuit Heinſius.

108. *Monere.*] Guelph. pr. et quart. *mouere.*

111. *Neu ſis*] Ita Guelph. pr. Ceteri *ne ſis.*

115. *Feros.*] Guelph. ſec. et quart. *ferox.*

119. *Vultus.*] Guelph. quart. *voltus.*

120. *Laetus in ore rubor.*] Guelph. pr. *lenis.* Tres *leuis.* Poſtremus etiam *in ore pudor.*

121. *Hoſtibus e.*] Tres *Hoſtibus et*, quart. *Hoſtibus ex.* Deinde pr. *fias ne noſtra repugnat.*

124. *Nec posſum.*] Guelph. tert. *non posſum.* Statim ſec. tert. et quart. *quid minus eſſe velim.*

125. *Quod ſim.*] Guelph. ſec. *quod ſum*, tert. *quia ſim.*

127. *In caput haec noſtrum.*] Tres *Inque caput noſtrum:* tert. *In caput et noſtrum.*

129. *Ad limina crebro.*] Guelph. tert. *crebor.* Voluit fortasſe *creber.*

131. *Famulumue, requirens.*] Guelph. omnes *famulumque:* ſec. et quart. *requiro.*

134. *Effingoque manus, insideoque toro.*] Guelph. quart. *Astringoque*, et idem v. 137. *istas astringit.* Deinde sec. *assideoque toro.*

135. *Remoto.*] Ita Guelph. quart. Tres *remoui.*

136. *Alter adest.*] Guelph. pr. *obest.*

139. *Dumque suo tentat.*] Guelph. quart. *Dum tentatque suo.*

141. *Contrectatque.*] In Guelph. primo litterae euanidae conspectum fugiunt. Tres antiquo more *Contrastatque* scripserunt.

142. *Ista suo est.*] Guelph. sec. solus ex nostris *illa suo est.*

143 *Praecerpere messes.*] Hoc diserte legitur in Guelph. pr. Corruperunt sec. *percipere messes*, tert. *percepere merces*, quart. *decerpere messes.*

144. *Ad sepem.*] Guelph. sec. *Ad spem*, reliqui *Ad spes.*

147. *Futura est.*] Verbum *est* ignorat Guelph. tert.

148. *Facias.*] Ita Guelph. sec. Reliqui *facies.*

152. *Face ipsa.*] Hoc tenet Guelph. pr. Mutauit sec. *fac ista*, tert. et quart. *fac ipsa.*

153. *Tibi dicimus.*] Male Guelph. sec. *iam dicimus.*

154. *Quid facis hic ? exi.*] Guelph. sec. *Quid facis ? hinc exi.* Hoc Romani, illud vernaculi sermonis genio conuenientius videtur..

155. *Nam quod habes et tu humani verba altera pacti.*] In hoc loco pessime a librariis habito Guelpherbytanorum optimus liber spem nostram destituit. Ita misere enim partim detrita, partim lacerata est membrana; vt in sequentibus paucula verba tantum appareant, hic autem ne vestigia quidem litterarum supersint. Guelph. sec. pro *verba altera* dedit *verbula.* Tertius codex in eo solum a scriptura vulgata recedit, quod pronomen *tu* intercepit. Quartus aberrat sic:

Nam quid habes habeas et tu verba altera pacti.

Ista

Iſta vero nihil conducunt ad inquinatisſimum locum perpurgandum. Placet mihi coniectura Francii:

Nam quod habes et tu thalami verba altera pacti.

Sunt autem *verba altera*, promisſa contraria iis, quibus Cydippe ſe mihi pepigit. Ita noſter infra XXI. 225.

Forſitan et facies, iurem vt contraria rurſus;
Quaeque legam, mittes altera verba mihi.

156. *Non erit.*] Guelph. ſec. *Non eſt.*

159. *Haec adiurauit.*] Idem et quart. *haec et iurauit*, tert. *ſed haec iurauit.*

161. *Timet haec.*] Guelph. tres *haec et periura vocari.*

162. *Num dubites.*] Guelph. ſec. *Non dubitas*, tert. *An dubitas*, quart. *Num dubitas.*

168. *Idque ego.*] Guelph. ſec. *Atque ego.*

172. *Ad quid.*] Vterque *At quid.*

173. *Et ſis ſuſpecta.*] Guelph. quart. *Vt ſis.*

174. *Vetes.*] Ita Guelph. pr. ac tert. Duo *veta.*

176. *Qui mouet illa.*] Guelph. ſec. quart. et a correctore pr. *ille.*

181. *Nec boue.*] Guelph. pr. *Non boue.*

182. *Sed, quae praeſtanda eſt.*] Guelph. tert. *Sed quam praeſtanda eſt.* Voluit fortasſe *Sed, quam praeſtandum eſt.*

183. *Patiantur.*] Guelph. ſec. tert. et quart. etiam a correctore pr. *patiuntur.*

184. *Succus.*] Litterae huius vocabuli mediae in Guelph. pr. non comparent. Sec. ac tert. *ſucus*, vno *c* contenti, ſcripſerunt.

185. *Nil opus eſt iſtis.*] Ita Guelph. tres: ſed quart. *illis.*

188. *Exciderint.*] Guelph. omnes *Exciderant.*

189. *Modo casſibus.*] Guelph. pr. et ſec. *cum caſibus*, tert. *modo eſt caſibus*, quart. *tu caſibus.*

192. *Adferat.*] Guelph. ſec. *efferat*: tert. *offerat.* Atque haec, niſi fallor, fuit ſcriptura primi codicis, in quo tamen litterae huius verbi priores, attritu caducae, non ſatis manifeſta fide conſpiciebantur.

 193.

193. *Audiet: et.*] Duo *Audiet haec*, tert. *hanc*, quart. *hoc.*

197. *Cura maiore.*] Guelph. sec. *meliore.*

198. *Auxia sunt vitae.*] Guelph. tert. *Anxia sunt vita - - tua.*

200. *Ignaros.*] Guelph. quart. *Ignotos.*

201. *Ignorent.*] Guelph. tert. *ignorant.*

204. *Dum facis ipsa.*] Idem *dum facit ipsa.* Ita emendandum esse, iam vidit Burmannus.

207. *Vt, te dum nimium.*] Guelph. sec. *Et te dum.* quart. *Et dum te.* Postea tert. et quart. *Deciderant.* Mox sec. *humeris pallia lapsa meis.*

209. *Post modo.*] Guelph. pr. *Post ego.*

210. *Doctis.*] Idem *dictis*: quo minus dubium sit, quin verum sit *ductis*, quod Heinsius coniecerat.

211. *Quod quia sit.*] Guelph. quart. *Quodque sit vt.*

212. *Vinctam.*] Male Guelph. pr. ac sec. *victam.*

213. *Ne tamen ignoret.*] Guelph. pr. *Ne tamen ignorent.* sec. *Set tamen ignora*, tert. *Nec tamen ignoret.* Deinde omnes *scripti sententia quae sit.*

215. *Numina.*] Guelph. pr. ac tert. *nomina.*

219. *Sic tamen et quaerat.*] Iidem *Sed tamen et quaerat*, sec. *Si tamen vt quaerat.* Deinde pr. sec. et quart. *quis sim.* Postea omnes *qualisque videto.*

220. *Vobis.*] Ita Guelph. pr. Tres *nobis.*

223. *Probaris.*] Guelph. pr. ac tert. *probatis*, quod multum praestat.

226. *Iungit.*] Nostri omnes *iungat.*

230. *Me vigilem.*] Iidem *me vigilans.*

231. *E quibus.*] Guelph. sec. *In quibus.*

237. *Ponetur.*] Idem *ponatur.* Codici primo, quia pars vltimi folii resecta, versusque, quibus scalpellum pepercerat, vetustate prope exesi erant, testimonium vlterius denuntiare non licet.

240. *Quae fuerint.*] Guelph. sec. *Quae fuerant.*

242. *Sit sibi fine.*] Guelph. tres *Sit tibi fine.*

AD

AD EPISTOLAM XXI.

3. *Et, puto.*] Guelph. ſec. *Vt puto.* Deinde quart. *niſi, vt ante ferebas.*

9. *Te vindicat.*] Idem *tibi vindicat.*

12. *Quos vereor.*] Vt pleraque alia, quae ad noſtram aetatem peruenerunt, vetuſta heroidum exemplaria, ita tres libri Guelpherbytani (quod etiam in fugiente primi codicis ſcriptura dilucide apparet) in hoc verſu deſinunt. Codex vnus, quem tertium appellare ſolemus, hac parte integrior, CXXXXIIII. huius epiſtolae verſus repraeſentat. Ex quo intelligere licet, exempla, ex quibus plerique codices, qui in bibliothecis ſuperant, alia pluribus, paucioribus alia foliis in fine truncata fuiſſe. Illud vero indignum videtur, homines doctos hac librorum veterum calamitate ad id abuſos eſſe, vt magnam partem epiſtolae Cydippes, tamquam ſubditiciam, calumniarentur. Equidem aut hebes ſum, omnemque poëtarum priſcorum elegantiam ſentiendi facultate deſtituor; aut nec aqua aquae, nec lacte lacti vsquam ſimilius eſt, quam haec epiſtola ſimilis eſt reliquis carminibus, quae ex Ouidii limpida ſane ac dulci vena manauerunt. Et licet his verſibus aliquanto plus luti, quam aliis poëtae noſtri operibus, librariorum culpa aſperſum ſit: non tamen id, in tanta veterum exemplarium paucitate, mirum videri debet; quum ſordes, quae ceteris Ouidiani ingenii monumentis deſcribentium vitio inhaeſerunt, ne multorum quidem, qui criticis ad manus fuerunt, codicum vetuſtorum auxilio omnes abſtergi potuerunt.

17. *Huc timor.*] MS. *Nunc.*

19. *Quid agamque rogantibus intus.*] Ita coniectura felici reſtituit ſimulque foedum crimen, quod huic carmini intentabatur, e medio ſuſtulit Heinſius, quum antea legeretur *rogantibus inter.* Emendationem illam plane confirmat anſamque corruptionis manifeſtat Guelpherbytanus codex, in quo ſcriptum eſt *int'*, eo ſcripturae compendio, quod non

multum dissimile est lunulae illi, qua litteras *er* multi librarii veteres designabant.

23. *Durum est.*] Scriptus noster verbum *est* abiicit.

29. *Qua, peream.*] MS. *Que.* Malim *Quo.* Id Heinsio quoque in mentem venerat.

30. *Quamque mereris, ego.*] MS. *ero.*

34. *Contingit.*] MS. *Continget.*

40. *Obstas.*] MS. *optas.*

45. *Et mihi.*] MS. *Nec mihi.* Hoc factum est ex *Hei mihi.* Figura litterarum *H* et *N* ita similis est in libris antiquis, vt altera ab altera saepe vix discerni queat. Vulgata scriptura *Et* ex *Ei* nata est. Sic enim pro *Hei* plerique librarii scribebant. Ita in hac ipsa epistola in codice nostro *Et mihi iuraui*, pro *Hei mihi iuraui*, scriptum est.

51. *Neue nihil.*] MS. *Neue mihi.*

52. *Ista tuis.*] Inepte MS. *meis.*

57. *Hostem sapienter amabis.*] MS. *hostes.*

58. *Me, precor, vt serues, perdere velle velis.*] Huic versui, quem Heinsius praeter meritum insimulauerat, defensionem parabam, quum ex thesauro linguae Latinae Gesneriano, voc. *Volo*, discerem, Marklandum in explicationibus epistolarum Ciceronis ad Brutum hanc caussam ita fortiter egisse, vt verba *velle velis* defensore iam non egeant. Hac igitur de nostro bene merendi facultate excluso liceat mihi aliud ὀξύμωρον Ouidianum, praesenti plane geminum ab eodemque viro docto condemnatum, luce aliqua perfundere. Est illud metam. VIIII. 728.

— — — *Si di mihi parcere vellent,*
[*Perdere debuerant : si non et perdere vellent* ;]
Naturale malum saltem et de more dedissent.

Numquam profecto criticorum ille princeps alteri versui, tamquam fugitiuo, qui in Ouidii nomen ausu nefario inuaserit, vncos impingi iussurus fuisset; si animaduertisset, illa verba Iphidis sic interpungenda esse:

— — — *Si di mihi parcere vellent,*

Per-

Perdere debuerant: ſi non, et perdere vellent,
Naturale malum ſaltem et de more dedisſent.

Senſus carminis hic eſt: Si dii beneficium tribuere mihi voluisſent, morte vel transformando perdere me debuisſent. Si non beneficium tribuere, ſed malo me adficere voluisſent, ſaltem malum, quale in hominis naturam cadit, et quale aliis hominibus accidit, dare debuisſent. Particulis *ſi non* pro *ſi minus* ſaepe vſi ſunt veteres. Ita Cicero ad diuerſ. VII. ep. 3. *Si haec ciuitas eſt, ciuem esſe me; ſi non, exulem esſe non incommodiore loco, quam ſi Rhodum aut Mitylenas contulisſem.*

60. *Tabe.*] MS. *labe.*

67. *Difficili.*] MS. *difficilis*, et poſtea *ora ſiniſtra.*

72. *Ah demens.*] MS. *ha.*

77. *Delon.*] MS. *Delum.*

80. *Dari.*] MS. *dare.*

81. *Myconon, iam Tenon et Andron.*] MS. *micon iam temnor et andron.*

82. *Candida Delos erat.*] MS. *candida bosfor....*

89. *Crinibus aurum.*] MS. *cruribus aurum.*

91. *Quibus inſula ſacra eſt.*] Pulchre MS. *grata eſt.*

108. *Hei mihi.*] MS. *Et mihi.*

117. *Securi.*] MS. *ſecure.*

129. *Cur, me cum.*] MS. *Cur cum me.*

144. *Legendus eras.*] MS. *eris,*

159. *Vixque manu pigra toties infuſa reſurgunt Lumina: vix moto corripit igne faces.*] Haec ad Hymenaeum referenda esſe, acute vidit Burmannus, qui legendum esſe coniiciebat:

Vixque manu pigra toties incenſa reſumit
Lumina, vix motas concutit igne faces.

Iſta mihi ſic emendari posſe videbantur:

Vixque manu pigra toties inluſa reſumit
Lumina, vix moto corrigit igne faces.

Sunt autem *inlusa lumina* faces frustra accensae: et qui ventilat, is *moto corrigit igne faces.*

202. *Et te iuuat ista voluptas.*] Pro *voluptas* Heinsius *simultas* restituebat. Ouidius, puto, scripserat, *et te iuuat ista voluntas*: vt intelligatur Cydippae voluntas ab altero sponso abalienata. Sollemnis horum vocabulorum confusio pluribus veterum auctoribus nocuit. Ita perperam editur apud Cic. orat. c. 48. *Voluptati autem aurium morigerari debet oratio.* Et de amicit. c. 26. *Hos delectat adsentatio: his fictus ad ipsorum voluptatem sermo cum adhibetur, orationem illam vanam, testimonium esse laudum suarum putant.* Hic *ad ipsorum voluntatem*, illic *voluntati* MS. Gudianus Ciceroni restituit. Conf. Celeb. Ruhnkenii adnot. ad Rutil. Lup. II. 19. p. 134. et nostra ad Mallii de metris praef. n. 4.

205. *Si mihi lingua foret.*] Gronouius corrigebat *Si me digna forem.* An dederat Ouidius? *Si tibi iniqua forem.* Pronomina *tibi* et *mihi* saepissime a librariis, etiam a nostris supra ep. XVII. 38. permutantur. Vocabulum *iniquus* significat inimicum atque infensum. Ita noster trist. I. 2. 6.

Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua, fuit.

234. *Neglectam queritur testis habere fidem*] Vix adduci possum, vt nomen *testis* recto casu accipiendum et ad deum Delphicum referendum esse cum Burmanno existimem. Diana, nec vero Apolline, teste coniugium Acontio Cydippe promiserat. An igitur scripsit Ouidius?

Neglectam queritur testis abire fidem.

Verborum *abire* et *habere* sollemnis est permutatio. Queri videtur Apollo, fidem Dianae, quae promissi Acontio coniugii testis ac sponsor erat, Cydippae negligentia irritam fieri ac perire.

235. *Hoc deus, et vates, hoc et mea carmina dicunt.*] Recte Burmannus *mihi*, pro *mea*, et in proximo *Ah desunt* reponit. *Vates* sunt diuini, harioli, coniectores: *carmina* vero vaticinia scripta, qualia erant Sibyllarum.

EX

EX

AVLI SABINI EPISTOLIS

LOCORVM ALIQVOT INTEGRITAS DEFENSA ALIORVM EMENDATIONES CONIECTVRA QVAESITAE

EX EPISTOLA I.

10. *Causſaque fingendae tu mihi mentis eras.*] Hunc locum inter eos refert P. Burmannus, qui fere effecerint, vt de Sabino harum epiſtolarum auctore dubitaret. Et profecto *mentem fingere* ſi per ſe dicatur pro *furorem ſimulare*, ſi non duriusculum, ambiguum tamen videri queat. Si vero meminerimus, *mentem* mediae ſignificationis esſe, quia non *mentem bonam* ſolum, ſed *furiatam* etiam dicimus; et ſi recordabimur, Vlixen diſticho proxime praegresſo dixisſe, *mea fictus Detinuit patrio litore vela furor:* neque inſolens, nec ambigua videbitur oratio illa, *tu mihi causſa fingendae mentis eras.* Adde, quod apud optimos ſcriptores *mens*, etiam ſine alius vocabuli adiectione, pro furore et inſania legitur. Virgil. georg. III. 265. ſeq.

Scilicet ante omnis furor eſt inſignis equarum:
Et mentem Venus ipſa dedit.

Apud Ouidium metam. X. 320. Myrrha ſceleris, quod animo conceperat, magnitudine percellitur,

Et ſecum, Quo mente feror? quid molior? inquit.

24. *Et Phrygas in miſeros vltima bella ferunt.*] Idem vir doctus coniiciebat, legendum esſe *vltima tela.* Et facile *tela* in *bella* mutari potuerunt, quia librarii *tella* pro *tela* ſcribere ſolebant. Mihi tamen *vltima bella* recte dici videntur, quae finem bellandi factura esſent. Nec displicet enuntiatio *bella ferunt*, qua vſus eſt Ouid. heroid. VIII. 26.

Nec turpe marito
Aſpera pro caro bella tuliſſe toro.

37. *Non quod Colchiacis Circe tentauerit herbis, Non quod sollemnes altera diua toros.*] Nomen *Circes* felicissima coniectura restituit Heinsius, quum antea legeretur:

Non quod Colchiacas artes tentauerit herbis.

Quod vero *Colchiacas* in *Colchiacis* mutauit idem, de ea re viro acutissimo non possum adsentiri: sed potius, *herbas* pro *herbis* reponendum esse, crediderim. Ita et hexameter cum pentametro commodius connectetur, et phrasis similis erit illi Ouidianae med. fac. v. 38.

Nec tentate nocens virus amantis equae.

Praeterea coniunctiuus verbi *tentauerit* offendit, quem suspicor inuectum esse a grammatico, qui hunc modum post particulam *quod* necessarium esse, falso sibi persuaserat. Tota, nisi fallor, Vlixis oratio concinnior erit, si legas:

Non quod Colchiacas Circe tentauerat herbas,
Non quod sollemnes altera diua toros.

51. *Si sunt in fletibus ora.*] Non erat, quod Francius *si sordent fletibus ora* reponeret. Quemadmodum Graeci εἶναι ἐν θυσίαις, ἐν ποτῷ, ἐν τρυφῇ dicunt: ita apud Latinos *in armis, in spe, in luctu et squalore esse*, multaque his similia frequenter legimus.

85. *Prima meis omen metuendum puppibus illa Fecit, non membris ipsa reperta suis.*] Postrema huius distichi verba se non intelligere, neque ea Latina putare, Burmannus profitetur. Equidem crediderim, poëtam a nemine reprehendi merito posse, qui dixerit, Hecuben, quae subito in canem mutata sit, *non suis membris repertam esse.* Pronomen *ipsa* vero mihi adeo non displicet, vt singularem eius suauitatem sentire videar. *Non ipsam suis membris repertam esse Hecuben* interpretor, id, quod repererint, fuisse Hecuben, cui Hecube (i. e. forma Hecubae) fuerit ademta. Saepe autem veteres, quum animum, virtutes, vitia, dignitatem, statum, etiam formam ac speciem hominis dicere vellent, *hominem ipsum* dicebant. Cic. ad Attic. III. ep. 5. *Inimici mei mea mihi, non*

me ipſum, ademerunt. Ibid. ep. 15. *Deſidero non mea ſolum, neque meos, ſed me ipſum. Quid enim ſum.* Idem orat. poſt red. in ſen. c. 1. *Qui denique nosmet ipſos nobis reddidiſtis.* Ouidius met. VI. 385. in perſona Marſyae: *Quid me mihi detrahis?*

117. *Quem tamen infeſtas rurſus queror ire per vndas.*] Quia non legatur, bis nauigasſe Telemachum: Burmannus reponendum esſe coniicit *iusſum*, vel *misſum*; vt Sabinus reſpexerit ad illa verba in epiſtola Penelopes v. 37. ſeq.

Omnia namque tuo ſenior te quaerere miſſo
Retulerat nato Neſtor; at ille mihi.

Fortasſe legendum eſt:

Quem tamen infeſto curſu queror ire per vndas,

vt haec reſpondeant illis Penelopes v. 99. ſeq.

Ille per inſidias pene eſt mihi nuper ademtus;
Dum parat, inuitis omnibus, ire Pylon.

Nollem vero, Telemachi pietatem, inde ab Homero celebratisſimam, ita contemſisſet Burmannus, vt in adnotatione ad hunc poſteriorem Ouidii locum ſuſpicionem iniiceret, an amore Neſtoreae filiae incenſus iter illud Pylium ſusceperit.

EX EPISTOLA II.

3. *Nec face Demophoon alia, nec coniuge captus, Sed tam non felix, quam tibi notus erat.*] An ſcripſerat Sabinus? *quam tibi natus erat.* Crediderim, Demophoonta dicere, morae ſuae causſam esſe, non quod amore alio, ſeu coniuge noua captus; ſed quod, quemadmodum ad amandam Phyllida, ita ad infelicitatem natus ſit: ſiue quia, quanto Phyllidis amore caleat, tanta Fortunae iniquitate confliꝺtetur. Quemadmodum hic *non felix natus* dicitur, ita apud Ouid. Ibid. v. 209.

Natus es infelix, ita di voluere, nec vlla
Commoda naſcenti ſtella leuisue fuit.

Et

Et apud Phaedrum III. 20.

Qui natus est infelix, non vitam modo
Tristem decurrit, verum post obitum quoque
Persequitur illum dura fati miseria.

Nec minus elegans esse *natus tibi*, multa exempla possunt ostendere. Noster ep. III. 38.

Tyndaris, heu flammis nata puella meis!

Ouidius am. II 3. 7.

Non tu natus equo, non fortibus vtilis armis.

Silius VI. 340.

Dedecus o, Gradiue, tuum! tibi dextera et urbi
Nata tuae tristi damnatur sorte catenae.

Quam prono lapsu librarii a *natus* ad *notus* aberrauerint, exemplis pluribus docuerunt Heinsius et Drakenb. ad Sil. III. 335. et Bentl. ad Horat. epist. I. 7. 56. Idem vitium etiam nunc insidet exemplaria Cic. de offic. I. 31. 5. *Vt enim Sermone eo debemus vti, qui notus est nobis, ne, vt quidam, Graeca verba inculcantes iure optimo irrideamur: sic in actiones omnemque vitam nullam discrepantiam conferre debemus.* Reduco, quod Martinus Herbipolensis anno cIↃ IↃVII. et Iac. Thanners anno cIↃ IↃXIII. ediderunt Lipsiae, *qui natus est nobis.* Est autem *sermo, qui natus est nobis*, sermo patrius, isque haud interpolatus, nulla peregrinitate corruptus. Similiter in Priapeis carm. LXVIII. 3. *bene si non nota fuisset* perperam editur, quum debuisset *bene si non nata fuisset.*

45. *Denique Threïcia veni rate. non dare Phyllis Quam potuit, iussit tardius ire ratem.*] Non miramur, nauem a Phyllide in Thracia refectam a Demophoonte, vt beneficium Phyllidis augeret, *Threïciam ratem, et a Phyllide datam*, appellari. Ita saepe *conditores vrbium* vocantur ii, qui vrbes instaurauerunt. Et Augustus in monumento Ancyrano apud Grut. p. CCXXXII. Iouis Feretrii templum, Capitolium, Pompeii theatrum et alia, quae refecerat, *fecisse* dicitur. Praeterea Burmanno fucum fecit particula *non* ad verbum

potuit perperam relata, quum ea ad *dare* fuiſſet referenda. Moram ſuam patri excuſare ſe poſſe, Demophoon exiſtimat, ſi dicat, ingrati animi atque impudentiae opprobrium ſe meriturum fuiſſe, ſi Phyllidi tardius ire iubenti non obtemperauiſſet, quum ſine Phyllidis beneficio iter illud ſuscipere plane non potuiſſet.

63. *Non tamen excuſo reditus.*] *Excuſare reditum* elegantius dicitur, quam vt Burmanno *reditus tempora* copulanti accedere poſſim.

70. *Aut bella, aut pelagi detinuere morae.*] In libris antiquis procul dubio ſcriptum fuit, *Haut bella, haut pelagi.* Totus itaque locus ſic eſt conſtituendus:

Quidquid mite fuit poſt diruta Pergama, quidquid
Haud bella, haud pelagi detinuere morae,
Sola fuit Thrace. Patria quoque iactor in ipſa.

Sententia haec eſt: Quum omnia, quocumque poſt Ilium dirutum me verti, hoſtilia inuenirem; et vndique vel bellis, vel maris tempeſtatibus excluderer: ſola Thrace tutum mihi perfugium praebuit.

103. *Excuſet patrem fatis in parte relicta Gnoſis.*] Iam alibi profesſus ſum, mihi videri legendum eſſe, *fatis in patre relicta*: vt patrem Demophoon ſimili modo excuſet, quo ſupra v. 51. ſeq.

Illum dilecta Bacchus ſibi cedere iuſſit
Coniuge: deſertae crimen at ille ſubit.

106. *Nunc venti mea verba ferant, qui vela tulerunt.*] Reſpondet his verbis Demophoon ad illa Phyllidis v. 25. ſeq.

Demophoon, ventis et verba, et vela dediſti.
Vela queror reditu, verba carere fide.

Itaque res ipſa loquitur, Sabino reſtituendum eſſe:

Nec venti mea verba ferunt, qui vela tulerunt.

EX EPISTOLA III.

28. *Victuri iam nunc pectora ſume tibi.*] Verbum *ſume* in *ſumo* mutandum, verſumque illum parentheſeos notis ab oratione

ratione reliqua ſic ſeiungendum esſe cenſeo:

Te penes arbitrium noſtrae vitaeque necisque:
(Victuri iam nunc pectora ſumo tibi)
Fleuiſti, memini, tamen hac in voce canentis,
Et, Mala, dixiſti, ſint precor iſta procul.

Ita pentametri, quem emendamus, ſenſus hic erit: Iam nunc ſumo animum tibi victuri; ſiue iam nunc impletur animus meus pietate erga te ea, quae debetur vitae meae conſeruatrici. Saepe quidem, variaque ſignificatione, et apud Graecos ζῆν τινὶ, et *viuere alicui* apud Latinos reperias. Nullum tamen locum me legere memini, qui datiui eam vim, quam Sabini verbis imus adſertum, pulchrius illuſtret, illa oratione Campanorum ad ſenatum Rom. apud Liu. VII. 30. 19. *Itaque vmbra veſtri auxilii, Romani, tegi posſumus: quidquid deinde habuerimus, quidquid ipſi fuerimus, veſtrum id omne exiſtimaturi.* Vobis *arabitur ager Campanus*, vobis *Capua vrbs frequentabitur. Conditorum, parentum, deorum immmortalium numero nobis eritis.*

31. *Nec ſi fata ferant.*] Errore operarum, puto, in exemplaria Burmanni irrepſit *ſi*, quum in aliis *ſic* recte legatur.

62. *Quos aliis arcus, et ſibi dura tulit.*] In margine exemplaris cuiusdam ex ed. Nic. Heinſii poſteriore, posſesſor neſcio quis ad vocabulum *arcus* adſcripſerat: F. *aeſtus.* Auctori huius coniecturae, quicumque ille fuit, inſolitum fortasſe Veneris geſtamen videbatur arcus. Sed habemus Venerem τοξοφόρον apud Euripidem Med. v. 633. ſeqq.

Μή ποτ', ὦ δέσποιν' ἐπ' ἐμοὶ
Χρυσέων τόξων ἐφίης
Ἱμέρῳ χρίσασ' ἄφυκτον οἰςόν.

Eſt etiam Iuliani praef. Aegypt. epigramma in anthol. Planud. l. IIII. c. 12. epigr. 21.

Αἰεὶ μὲν Κυθέρεια φέρειν δεδάηκε φαρέτρην,
Τόξα τε καὶ δολιχῆς ἔργον ἐκηβολίης.

63. *De-*

63. *Deprensam coniux illam in Mauorte dolebat.*] Burmannus legere nos iubet *illam cum Marte.* Sed, quod pace manium acerrimi critici dixerim, vulgata ſcriptura Sabino longe dignior erat. Elegantem hunc vſum praepoſitionis *in*, quum pluribus teſtimoniis tueri queam, pauca dabo. Ouid. am. III. 6. 25.

Inachus in Melie Bithynide pallidus isſe
Dicitur, et gelidis incaluisſe vadis.

Ibidem v. 41.

Fertur in Euadne collectam Aſopide flammam
Vincere gurgitibus non potuisſe ſuis.

Sueton. de ill. gramm. cap. 16. *Quum filiam patroni, nuptam M. Agrippae, doceret, ſuſpectus in ea, et ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum ſe contulit.* Macrob. Saturn. II. 2. *Plancus in Maenia Galla male audiebat.* Neque in pentametro Sabini, qui proximus ſequitur, quidquam nouandum esſe fatebitur, qui verſum illum, tamquam interpoſitionem, continuationi carminis reliqui interuenisſe, animum aduertet.

65. *Iam dolet et Mauors, terras vltroque reliquit: Praetulit Anchiſen huic habitura ſuum.*] Bersmannus, indice Burmanno, in margine adnotauerat hanc ſcripturam:

— — *Caelo terrasque relicto.*
Praetulit Anchiſen hinc habitura ſuum.

Haec cum ſcriptura vulgata comparanti veri ſimile videtur, a Sabino profectum fuisſe:

Iam dolet et Mauors. Terras, vtroque relicto,
Praetulit, Anchiſen hic habitura ſuum.

Facile autem patet, *vtroque relicto*, ſiue, quod prope malim, *vtroque relictis*, de Vulcano et Marte relictis a Venere accipiendum esſe.

68. *Viſaque poſtlatam iacuit vlta deam.*] Locum inquinatisſimum ita conſtituendum cenſebat Heinſius:

Diuaque poſtlatos marcuit vlta deos.

Quo

Quoniam poſtlata dea, quam cum Anchiſa concumbens Venus vlta ſit, cogitari nulla poteſt: omnino necesſariam esſe puto Heinſii emendationem *poſtlatos deos*. Iam vero dubitanti, qua re Venus Vulcanum Martemque, deos Anchiſae poſtlatos, vlta esſe, hisque poenas dedisſe videri queat: nihil occurrebat praeter maerorem illum grauisſimum, quem ipſam deam Anchiſae confitentem inducit auctor hymni in Venerem, qui ſub Homeri nomine circumfertur, v. 197. ſeqq.

> Σοὶ δ' ἔσαι φίλος υἱὸς, ὃς ἐν Τρώεσσιν ἀνάξει,
> Καὶ παῖδες παίδεσσι διαμπερὲς ἐκγεγάονται.
> Τῷ δὲ καὶ Αἰνείας ὄνομ' ἔσσεται, οὕνεκά μ' αἰνὸν
> Ἔσχεν ἄχος, ἕνεκα βροτοῦ ἀνέρος ἔμπεσον εὐνῇ.

Fortasſe igitur Sabini verſus ita concepti fuerunt:

> *Anchiſen propter voluit formoſa videri:*
> *Viſaque, poſtlatos maeruit vlta deos.*

Participium *Viſaque*, quod Heinſius in *Dinaque* mutabat, retinendum atque ſic explicandum esſe putem: quum viſa Anchiſae formoſa, adeoque ab eo compresſa fuisſet.

XVI.

XVI.

Griechischer Text

des

apostolischen Glaubensbekenntnisses

mit lateinischen Buchstaben.

In dem 91sten Weissenburgischen Codex der hiesigen Herzoglichen Bibliothek, aus welchem Johann Georg Eccard seine Catechesis theotisca im Jahr 1713 drucken ließ, stehet ausser andern Stücken des Alterthums Ordo scrutinii ad electos, qualiter iuxta romanam ordinationem debeat celebrari. Die Buchstaben dieser Schrift verrathen das neunte Jahrhundert. Im tertio Scrutinio kommt das Apostolische Glaubensbekenntniß vor, und zwar so, ein paar Lesearten ausgenommen, wie es Epiphanius in seinem Ancoratus anführet. Das Griechische ist mit lateinischen Buchstaben geschrieben, und siehet so aus:

Pistéuuo. is. enan. theon. patéra. pantocrátoran. Pói. itín. uranú. ce. gís. oratón. cepánton. ce. aoraton. ce. is enan. kyrion. ihn. xpn. tón. yíon. tu. théu. ton. mono. génin. ton. ek tu. patros. genithénta. propanton. ton. eonon. fós. ek. fotós. theón. alíthinón. ek theu. alíthinu. geníthenta. upóiithenta. omousion. topatri. diutapánta egéneto. ton. di. imás. tus. anthropus. ce. diatín. emetéran. sothérian. catelthónta. ek ton uranón. ce. sarcothénta. ek. pnéumatis. agíu. cemarias. tís parthénu. ce antropísanta. staurothénta. de. ípér. imón. épi pontiu. pilatu. cepathónta. cetaphénta.

ta. ceanaſthánta. ti. triti. imera. catatáſ grápháſ. ceanelthónta. iſ. tuſ. uranúſ. cekathezómenon. endexia. tu. patróſ. ce. pálin. erchómenon. metadóxiſ. crine. zóntaſ. ce. nekrúſ. utiſ. baſiliaſ. uc. eſtín. téloſ. ce. ento. pneúma. ton. agíon. kyrion. ce. zo. ópion. ton. ek. tu. patroſ. ekporeuúomenon ton. ſin. patri. ce. yío. ſyn. proſcinúmenón. ce. ſín. dóxa. zómenon. olalíſaſ. día. tón. iſ. mían. agían. cátholicín. ce. apoſtolicín. ekcleſian. omologó. en baptiſma. iſ. ápheſin. amartion. ce. proſ. dógo. anaſtaſin. nekron. ce. zoin. tumellóntoſ. eónoſ. amin.

Fragmente dieſer Art ſind dem Sprachlehrer und dem Textrichter nicht gleichgültig. Der groſſe Uſſer fing, ſoviel ich weiß, zuerſt an, ſie dem Staube zu entreiſſen. Aus der Menge der grammaticaliſchen und kritiſchen Anmerkungen, ſo ich über dieſe Trümmer des Alterthums machen könnte, will ich nur eine einzige von denen, die in mein Fach gehören, berühren. Sie iſt dieſe: Unſer lateiniſcher Abſchreiber behandelt das πνευμα als wenn es ein Maſculinum und Neutrum zugleich wäre. So viel ich weiß, hat man kein Manuſcript des Epiphanius entdeckt, das mit πνευμα ſo umgehe. Der Lateiner dachte gewiß dann und wann an ſeinen Spiritus, und taufte das Genus ſeines pneuma nach dem lateiniſchen um, ſo wie er es vorher mit dem Genitivus pneumatis machte. Ich bin daher mißtrauiſch gegen die Anmerkung geworden, welche ich über die Leſeart καταβαινοντα Matth

III, 16. in meinem Ulphilas §. 137 machte, und falle der Meinung, die Wetsten darüber äusserte, fast bey. Durch unser olalisal ist es mir begreiflich geworden, woher Apocalyps. I. v. 4. das ο ων entstanden.

Könnte es geschehen, daß man ganze Bücher oder nur viele Stellen des griechischen Neuentestaments, welche mit lateinischen Buchstaben geschrieben wären, entdeckte; so würde dadurch der dunkle, verworrne und schwankende Streit über das Latiziniren des Griechischen in einigen Handschriften des Neuentestaments Licht, Wahrheit und auch vielleicht Endschaft bekommen. So der HErr will, denke ich aus einem gewissen Manuscript der hiesigen Bibliothek Stellen dieser Art auszuziehen, und sie durch diese Beyträge bekannt zu machen.

Endlich wird es auch meinen Lesern nicht unangenehm seyn, wenn ich ihnen sage, daß in eben diesem Codex, den Eccard zuerst dem Publico bekannt machte, **einige Fragmente von den Werken des Beda** enthalten sind, aus welchen man siehet, wie viel im Gedruckten ausgelassen ist, ich will nicht einmal der Lesearten gedenken.

Die berühmte Stelle aus dem Buche des Beda de paschate siue Aequinoctio, welche den Baronius, Usser und Mabillon so sehr beschäftiget, hat in unserm Manuscripte Leseart und Schreibfehler, sie lautet so:

Vt te exemplis ad inueniaendam instruest feriam qua XIIIIa luna occurrit ut puta anno praesenti dominicae incarnationis a LXXVIe

ſume epactis huius anni XXVI detractisque eis de XXXV regularibus et remanent VIIII et ecce VIIII dies menſis XIIII luna erit id eſt V idus apr.

Auſſer dieſem Manuſcripte beſitzt die Wolfenbüttelſche Bibliothek noch ſehr viele andere Handſchriften von verſchiedenen Werken des Beda. Unter ſolchen iſt eine auf Pergamen geſchriebene, die lib. V. hiſtoriae gentis Anglorum enthält. Am Ende derſelben ſtehet wie gewöhnlich das curriculum vitae Bedae, und darauf der bekannte Catalogus ſcriptorum Bedae. Aus dem Catalogo aber unſeres Manuſcripts ſehe ich, daß Beda nicht drey Bücher, wie man bisher glaubt, in principium Geneſis vſque ad natiuitatem Iſaac et Iſmaelis reprobationem geſchrieben hat, ſondern **viere**. Denn unſer Catalogus ſagt gleich im Anfange:

In principium geneſis usque ad natiuitatem Iſaac et eiectionem hiſmahelis libros IIII.

Iſt kein Schreibfehler vorgegangen, welches ich deswegen nicht glaube, weil der Catalogus ſonſt in Angabe der Zahlen richtig iſt: ſo iſt eins von dieſen Büchern verloren.

Unſer Catalogus führet auch an:

In librum beati patris tobiae explanationis allegoricae de chriſto et ecleſia librum I.

Der gedruckte Catalogus läßt dieſe Anzeige aus.

Franz Anton Knittel.

XVII.

Von

Adam Neusern,

einige authentische Nachrichten.

Besagte Nachrichten sind in einem Briefe enthalten, welchen dieser unglückliche Unitarier aus Constantinopel an einen seiner Freunde geschrieben, und von dem sich, unter den neurern Handschriften unserer Bibliothek, eine, allem Ansehen nach, gleichzeitige Abschrift befindet.

Da ich nun nicht wüßte, daß er bereits gedruckt wäre, dieser Brief; oder, wenn er es ja irgendwo seyn sollte, wo er sich meinen Nachforschungen so hartnäckig entziehen können, da ich behaupten darf, daß er wenigstens so gut als nicht gedruckt ist, indem man unterlassen, den gehörigen Gebrauch davon zu machen, und die nehmlichen Falschheiten, welchen er auf die glaubwürdigste Art widerspricht, neurer Zeit noch immer aus einem Buche in das andere übergetragen worden: so hoffe ich, weder etwas überflüssiges noch unnützes zu thun, wenn ich ihn hier ganz mittheile.

Adam Neusers Geschichte überhaupt darf ich hier als bekannt voraussetzen. Damit aber der Leser doch sofort etwas habe, sein Gedächtniß aufzufrischen, und während dem Lesen des Briefes die Vergleichung selbst anstellen zu können, so sey es mir erlaubt, ihm das erste das beste von den tausend Handbüchern aufzuschlagen, welche sich vermessen, auch die sonderbarsten Männer, auch die seltsamsten Erscheinungen in der moralischen Welt, mit ein Paar Worten abzufertigen, und auf immer entweder zu brandmarken oder zu verklären.

So schreibt **Jöcher**. „**Adam Neuser**, ein merk-
„würdiger Apostata, war aus Schwaben gebohren, wur-
Firmicus mit den Worten gedacht wird, Iulius Firmicus quantus reperitur, welche Worte ungemein wohl auf die erste Ausgabe des Pescennius Franciscus Niger passen; da alle die Manuscripte des Regiomontanus, als er 1475 wieder nach Rom gieng und kurz darauf starb, in die Hände eines Mannes zu Nürnberg kamen, welcher sehr neidisch damit war, und sie, wie Doppelmayr sagt, (*) zu seinem eigenen und einigem Gebrauche aufbehielt: sollte die Eingangs angeführte Stelle des Niger, jene extrema Scytharum fex, jene gothica feritas, sich nicht vielmehr auf einen Deutschen, sich nicht vielmehr auf Nürnberg beziehen, als auf Constantinopel; als auf Griechen oder Türken? Erst nach dem Tode des neidischen Nürnbergers, es war Bernhard Walther, wurden die Regiomontanschen Manuscripte wieder zerstreut und gemeinnütziger, da denn der Firmicus dem P. Fr. Niger zu Theil ward; wenn er ihn nicht, noch bey Walthers Lebzeiten, mit Mühe und Noth erhalten hatte, als worauf leicht sein Veni, vidi et vici zielen könnte.

Doch dem sey wie ihm wolle. Je weniger sogar es itzt anzugeben stehet, wo das zu unserm Exemplare genutzte Manuscript zu suchen: so viel schätzbarer und würdiger genutzt zu werden, ist jenes. Und dieses ist hier meine Absicht.

Bey einzeln verbesserten Lesarten zwar, so gute und viele es deren auch giebt, will ich mich itzt nicht aufhalten; auch nicht bey wenigen einzuschaltenden Worten. Entweder

(*) Nachricht von den Nürnbergischen Mathematikern und Künstlern, S. 12.

der kann ich diese zu einer andern Zeit ausziehen; oder es ist überhaupt genug, wenn man es sonach blos angezeigt findet, wo dergleichen, in vorkommendem Falle des Gebrauchs, zu suchen. Ich will blos die grössern Stellen in Sicherheit bringen, mit welchem der unbekannte Gelehrte auf eingehefteten Blättern sein Exemplar mit einer Sorgfalt ergänzet hat, die genugsam zeigt, wie wichtig sie ihm gewesen. Und ob sie schon, samt dem ganzen Buche, diese Wichtigkeit nun nicht mehr haben, auch beides die Welt gar wohl ohne angeblichen Schaden dürfte entbehren können; so sind doch gegenwärtige meine Beyträge von der Art, daß entweder so etwas, oder nichts, darinn aufbehalten zu werden verdienet. Was die Welt einmal hat, muß sie so ganz als möglich, so ganz als es ihr vom Anfange bestimmt worden, haben. Was einmal zur Kenntniß der Welt gebracht worden, muß sie so genau, so zuverlässig wissen können, als möglich: oder es wäre eben so gut, daß sie jenes gar nicht hätte, und dieses gar nicht wüßte. Nach dieser Regel wünschte ich die einzeln Aufsätze in meinem Beytrage geschätzt zu wissen, und nicht nach ihrem Nutzen, den sie gar wohl haben können, ohne daß er sofort und allen in die Augen fällt; noch weniger nach einer Unentbehrlichkeit, die sich noch bey viel wichtigern Dingen nicht findet.

Also, ohne weitere Rechtfertigung, zu den Stellen selbst, deren in allen drey sind, und die ich in den geringsten Kleinigkeiten vollkommen so mittheilen will, wie ich sie bey unserm Unbekannten finde; das ist, vollkommen so, wie er sie selbst in dem Manuscripte gefunden hat,

aus

aus welchen er sowohl die Rechtschreibung und Interpunction, als auch selbst die offenbarsten und am leichtesten zu verbessernden Fehler mit der gewissenhaftesten Treue beybehalten hat, die ich hinwiederum um so vielmehr beybehalte, je ungezweifelter sie von ihrer Quelle zeigen und auf die Güte derselben überhaupt schliessen lassen.

I.

Die **erste** Stelle ist die kleinere, und ergänzt und berichtiget das 26ste Kapitel des **sechsten** Buchs. Der ganze Absatz nehmlich, welcher vor dem Schema der Nativität des Oedipus unmittelbar vorhergeht, und sich anfängt Iuppiter et Venus in eadem parte vel ſigno u. s. w. ist falsch, und muß folgender Gestalt gelesen werden; wie denn auch besagtes Schema selbst nicht an diesen Ort, sondern zum Schlusse der zweyten zu ergänzenden Stelle gehöret.

Iuppiter et Venus in eadem parte vel ſigno ſi pariter fuerint conſtituti, honoris inſignia cum maxima decernunt gratia venuſtatis, bonorum etiam et magnorum virorum fidelibus amicitiis ſemper aſſociant; faciunt etiam honeſta morum conuerſatione ſemper ornatos et integra fide omnium religionum iura ſeruantes: Erunt etiam qui ſic Iouem habuerint cum Venere, munda pulchritudinis honeſtate fulgentes, iudicibus et regibus iuncti ſemper amabili vinculo caritatis: Sed hos omnes gloria bonæ famæ teſtimonium ſemper inſinuat. Et a potentibus feminis et honoris inſignia et maxima illis referuntur preſidia facultatum: Sed ſic habentes Venerem et Iouem etiam felix et proſperum matri-

matrimonium ſortiuntur: Habebunt etiam filios, ſi non illos maleuolarum ſtellarum inpugnauerit radius: Sed hi ad venereos conatus prona mentis cupiditate ducuntur, deſyderium ſuum per varios coitus ſepius transferentes: Hec eadem in feminarum genituris Iuppiter et Venus ſimul poſiti equabili ratione decernunt: Si vero Iouem et Venerem in ſolidis genituræ locis pariter conſtitutos et Lunam equalibus rationum ſocietatibus intuentes alio loco Mars minaci radiatione reſpexerit ob id ad fines crebra fama et graui reprehenſione pulſabuntur infamiæ.

II.

Die zweyte Stelle gehöret zu dem 31ſten Kapitel des nehmlichen ſechsten Buchs, welches catholica ſyderum promiſcue poſitorum decreta enthält, und iſt der Anfang deſſelben, auf welchen in unſerm Manuſcripte der in dem Gedruckten itzt befindliche Anfang Luna ſi in Mercurii finibus fuerit inuenta, gefolgt iſt. Sie lautet ſo:

Si Luna et Iuppiter partili fuerint radiatione coniuncti et eos ſimul partiliter collocatos in dextro quadrato poſitus Saturnus partili radiatione reſpexerit, et Mars ſimili hos eosdem per quadratum minaci radiatione percutiat: Sol vero ſi in 6to vel in 12mo loco ex iſta coniunctione percutiat ſocietate, ſeruilis genitura decernitur. Nec expugnatus ex utroque latere Iuppiter ſeruilibus poterit neceſſitatibus liberare. Si in MC Luna fuerint inuenta et in eodem loco fuerit Iuppiter conſtitutus et Mars coniunctionem Lunæ currentis exceperit,

ceperit, et coniunctionem Martis et Lunæ Saturnus minaci radiatione respexerit, bonos quidem seruos faciet sed infelicitatis onere semper grauatos.

Si Lunam de diametro Mars et Saturnus pariter aspexerint et nulla beniuolarum stella vel Lunam vel illos qui sunt in diametro constituti, salutari radiatione conuenerint, aut seruos efficiet ista coniunctio aut priuatos parentum presidio misero faciet orbitatis onere pregrauari.

Si Venerem et Lunam in diuersis locis constitutos Saturnus et Mars quadrata vel dyametra radiatione respexerint, et his omnibus Iouis opportunum testimonium denegetur, a seruis parentibus natos ista coniunctio perpetuo faciet seruitutis onere prægrauari.

Si horos. partem Iuppiter et Venus prospera radiatione respexerint, et si hanc eandem partium i. horoscopum, Sol et Luna qualibet radiatione viderint, Mars vero Saturni ab horos. parte malignos potestatis suæ radios superarit, prospere natus prosperus nutrietur.

Si vero sine presidio vel testimonio beniuolarum stellarum horos. partem Saturnus et Mars minaci radiatione respexerint, aut vno de maliuolis in horos. constituto, alius in occasu constitutus horosco. dyametra radiatione percusserit, aut in primo moriuntur vitæ vestibulo constituti, aut prima vestigia lucis ingressis vitale pabulum denegatur, aut obstinato matris animo nata soboles exponitur. Quod si sic maliuolis, sicut diximus, constitutis, horoscopo Venus aut Iuppiter testimonium comodauerint, expositus colligetur et alienæ misericordiæ presidio nutrietur.

Si

Si Iuppiter in horos. partiliter fuerit conftitutus et in dyametro Mars pofitus horofco. et Iouem partili radiatione refpexerit, ceteris ftellis nullum is teftimonium comodauerit, mediocris fubftantiæ facultatem decerint ifta coniunctio, fed his ipfis multa inimicorum prefidia denegari.

Sed fi Ioue et Marte ficut diximus conftitutis, Ioue fcilicet in horofc. et Marte in occafu pofito, fi Saturnus vel Mercurius Martem qualibet radiatione refpexerint, aut lunaticos faciunt aut caducos furore mentis oppreffos.

Si vero Ioue in parte horos. conftituto, in occafu et in dyametro Saturnus conftitutus Iouem horoscopumque refpiciat in diurna genitura et Luna plena feratur ad Iouem, divitias, felicitates et fummæ beatitudinis incrementa decernunt.

Si vero Ioue in horos. conftituto, Venus in occafu feu in dyametro fuerit inuenta, et fratres denegant, patrem et filios. Sed nihilominus diuitiarum et felicitatis incrementa decernunt.

Si Saturnus in horos. pariter fuerit conftitutus et Martem habeat in occafu i.in dyametro partiliter conftitutum, aut immitis partilis fibi et horæ focietatis coniunctum, et Luna aut plena ad Martem aut imminuta ad Saturnum feratur: ifta coniunctio graue ac miferum mortis decernit exitium, aut enim ferarum morfu confumpti artus miferis lacerationibus diffipantur, aut facient per precipitia iactari, aut corpus cadentium culminum minis opprimitur; aut certe qui fic Saturnum habuerit et Martem, acerbæ deftinatus neci-

cruentis

cruentis latronum traditur manibus, aut acerbis tempestatibus quasi submersus inaudito genere mortis opprimitur. Sed pro signorum genere mortis inuenietur euentus. In ferinis enim et in agrestibus constituti signis ad necem preparatos ferarum adferunt morsus. In solidis vero signis constituti nutantium tecto culmine inpingunt. In aquosis signis aut in pugna faciunt interire aut iugulum eorum seruus latronum mucro prosequitur, aut certe potestate aliqua animaduertente plectitur. Ob nefarium enim Saturnum in horos. constitutum et in occasu Mars fuerint inuentus miseræ mortis decernit exitium, sed tunc iudicantis animaduersione plectuntur, cum his omnibus Mercurius de quadrato accesserit.

Si Mars in horos. partiliter fuerit constitutus et eum de occasu videns dyametro Iouis stella respiciat, pericula et solicitudines et dolores ista radiatio in media decernit ætate; pericula autem ex seditionibus et ex turbis sed ex causa et damna simili ratione perfitiet: Sed hiis post multa vitæ naufragia felicia decernuntur tempora senectutis; Vxores vero aut ancillas aut prouecte dabit etatis, aut puplicas aut alicuius artis tractantis officia. Sed nec fratrum in eadem civitate integer numerus reservatur, sed omnes fratres ab hiis aut peregrinatione separantur aut morte.

Si Luna in aliquo cardine constituta Mars in Diametro positus et ad Saturnum vel in eadem parte fuerit inuentus vel IRI penalio Cardine equata partis radiatione respiciat, Iuppiter vero in sexto ab IRI poloso vel in octavo, vel in 12mo cum Luna fuerit inuentus.

Tam

Tam diu vivit qui natus fuit quam Luna cum Ioue fuerit inventa. Mox Luna cum Iouis transierit partem statim ei qui natus fuerit Mors properata decernitur.

Si Luna et Sol synodica fuerint radiatione coniuncti, et in eodem signo inter Solem et Lunam Mars medius fuerit inuentus, et eos de quadrato Saturnus respiciat equata partium radiatione coniunctus: qui sic habuerint stellas vitiosis oppressi moribus interibunt. Aut insaniae furoribus capiantur amari stellis inundationibus miserae habebunt mortis exitium. Si vero hiis sicut diximus i. Sole, Luna, Marte et Saturno in octauo ad horos. loco fuerint inuenti, ceterae vero omnes stellae in 6to vel in 7mo ab horosc. loco fuerint constitutae, facient lunaticos, epilepticos et quorum mentem miratum vel malignum numen semper exagitet, vt omni mentis ratione turbata inconsulta sine ratione repente verba proicient.

Si in Virgine genitura in 12mo loco ab horos. Luna vxoris fuerit inuenta, i. si hoc signum in quo est vxoris Luna posita in cacodemone aut Mars fuerit inuentus, faciet vxorem omnibus mariti iniuriis subiacere et tali eam mentis moderatione componit, vt vsque ad vltimum diem vitae viri iniurias patienter excipiat. Si rursus hoc signum in quo viri est Luna posita in cacodemone mater vxoris fuerit constituta adulteram ex hoc pronunciabis vxorem et talem quae impudenter contra maritum omnium iniuriarum genere grassatur: iuditio sceleratae mulieris marito adulterii omni genere proferantur. Sed et mariti has iniurias sustinentes totum quidquid vxores fecerint patienter ferunt.

Si

Si vero vxor et maritus in genituris ſuis in eodem ſigno Lunam habuerint collocatam, mulier ſi Lunam viri Iuppiter mulieris proſpera radiatione reſpiciat, aut rurſus mulieris Luna viris Iuppiter ſimili radiatione reſpexerit, vel ſi vtriusque geniturae Luna a trigonica radiatione iungatur, amor ipſos pari caritatis vel cum Ioco copulatos equabili ſemper deſyderio cupiditate ſustentat.

Si Venus in terreno ſigno fuerit inuenta et in hoc ſigno conſtituta 7 ab horos. loco vel nunc posſederit aut in 12mo ab horos. loco conſtituta et in dyametro Saturni poſita partiliter radios exceperit, longæ ac diuturnæ viduitatis infortunia ex iſta radiatione decernit. Sed ſic poſita Venus in matutino ortu poſita fuerit inuenta in prima aetate conſtituti infortunia viduitatis indicit Si vero in veſpertino ortu fuerit inuenta aetatis viduitatis decernuntur incommoda Sed et quosdam inceſto cupiditatis ardore posſesſos illicitos filiarum concubitus adire compellunt.

Si Luna et Venus partiliter collocatæ in nocturna genitura et in femininis ſignis poſitae occaſum vel MC. posſederint: et easdem dyametro Mars Saturnusque reſpiciant, faciunt inceſto furoris ardore et nefariae cupiditatis inſtinctu filias patribus illicitis matrimoniorum vinculis copulare.

Si nuptialis ſigni dominus in feminino ſigno conſtitutus occaſum vel MC posſederit, virgines latenter ſtupri cupiditate compellit. Sed ſtuprum generare pro ſtellarum varietatibus inuenimus. Nam ſi Saturnus nu-

ptialis ſigni dominus fuerit inuentus, aut a patre, aut patruo, aut a vitrico ſtuprum virgini praeparatur, aut a ſene, aut a ſeruo. Si vero nuptialis ſigni dominus Mars fuerit effectus, et ſic et ipſe fuerit ſicut diximus poſitus cum quadam violentia flos virginitatis eripitur. Si vero Venus nuptialis ſigni domina fuerit effecta, et ſic et ipſa ſicut diximus poſita, in nocturna ſacrorum vigiliis ſpontaneum ſtupri crimen admittur. Si vero Mercurius nuptialis ſigni dominus fuerit ante collocatus, promisſionum captae perſuaſionibus puellae virginitatem ſuam deſyderio corruptoris addicunt. Sed ex occaſione et crimina concitantur et tumultus ſeditioſae vocis infertur. Et ſiunt maiora periculorum discrimina ſi cum Mercurio Mars fuerit inuentus.

Si in Saturni ſigno Iuppiter et Venus ſimul poſiti easdem posſederint partes et Saturnus in vicino ſit ſigno i. in 2° fuerit inuentus ita vt ipſe primus coniunctionem numeros venientes (*al.* coniunctionem Veneris venientis) capiat: et Mars Lunam reſpiciens quacunque Veneri radiatione iungetur: Saturnus et Lunam pariter aspiciat, et Sol ſit in MC. Luna in horos. in cancro conſtitutis, ii inceſto furoris ardore et poteſtatis alicuius praeſidio ſubleuati matrum ſuarum conubia ſortiuntur, aut nouercas ſuas prepoſtero mentis ardore posſesſi ad conſortium thori genialis inuitant. Si vero mulieris fuerit iſta genitura matrimonii gratia haec eadem mulier aut patri iungetur aut vitrico. Talem Oedipedem habuisſe genituram antiquae ferunt memoriae lectionum. Fuit enim horos. in cancro, Sol in

ariete,

ariete, Saturnus in piſcibus, Iuppiter et Venus in aquario, Mars in libra, Luna in nebula cancri, Mercurius vero cum Sole.



III.

Die dritte Stelle endlich enthält verſchiedne ganze Kapitel, welche ſich in unſerm Manuſcripte zwiſchen dem 19ten und 20ſten Kapitel des ſiebenden Buches befunden. Sie iſt die gröſte und beträchtlichſte, und lautet, wie folget.

De his qui vxores ſuas efferunt.

Si Mars, Venus et Iuppiter in occaſu fuerint inuenti, i. in 7mo ab horoſc. loco, et dominus iſtius ſigno,

gni, in quo ipſi ſunt collocati in MC fuerit inuentus, maritus perimit vxorem. Sed et ſi Mars ſolus in occaſu fuerit inuentus et Venus in MC. Luna vero aut in horoſcopo plena luminibus aut minuta, manibus mariti vxor interfecta morietur. Si in genitura viri in quolibet loco Ioue et Marte conſtitutis et domini horum ſignorum in quibus ſunt Mars et Iuppiter conſtituti, ſic ſint locati, vt vnus in occaſu geniturae ſit, alter in IMC. ſimiliter mors vxoris decernitur. Sed ſi Venus fuerit inuenta, et Iuppiter in occaſu geniturae, hoc idem praeparatur: Sed ſi Venus in occaſu conſtituta, et dominus ipſius ſigni, in quo eſt Venus collocata, in IMC fuerit inuentus, hoc idem decernitur. Si Venus et Iuppiter in 7mo ab horoſcopo loco fuerint inuenti dominus vero ipſius ſigni aut in imo ſit, aut in occaſu, cum ipſis partiliter ſit conſtitutus mors vxoris decernitur: Si vero his ſic ordinatis Sol, Saturnus et Mars aut in ſexto aut in 8o ſint ab horoſcopo loco conſtituti, interfecta vxor mariti manibus interibit.

De his qui maiores ſortiuntur vxores.

Si Saturnus et Venus equas habuerint partes diuerſis ſignis poſiti aut ſi in vxoris ſigno fuerint conſtituti in eadem tamen parte, aut ſi Venus in Saturni finibus fuerit, et Saturnus in Veneris, ſed et ſi non ſe videant et ſuas fines inuicem teneant: Viris quidem prouectae aetatis decernit vxores, mulieribus vero prouectae aetatis mariti decernuntur.

De

De his qui de materno vel paterno genere sortiuntur vxores.

Si Iuppiter, Venus et Luna in quocunque signo simul fuerint constituti, aut dyametra se aut quadrata radiatione respiciant, presertim si Iuppiter in Veneris finibus fuerit inuentus, et Venus in Iouis, aut ambo, aut vnus eorum Lunam dyametra radiatione respiciant, de materno genere decernit vxorem: Si vero aut cum Venere aut cum Ioue constitutus Sol sic fuerit sicut diximus de Luna, de paterno genere vxor decernitur.

De his qui sorores suas sortiuntur vxores.

Si Sol et Luna simul fuerint inuenti, aut cum ipsis Venus aut Iuppiter, aut si quadrata sibi fuerint radiatione coniuncti, ita tamen vt in finibus Iouis Venus, Iuppiter vero in finibus Veneris, fratres simul coibunt.

De his qui cum matre coeunt.

Si in vno signo Saturnus et Venus in eadem parte fuerint, aut si in diametro vel quadrato collocati, easdem habuerint partes: et Luna aut illis testimonium perhibeat aut cum ipsis sit collocata, Iuppiter vero in finibus Veneris constitutus quacunque illos radiatione respiciat: matrem et filios faciunt matrimonium contrahere. In feminarum vero genituris, sic ceteris sicut diximus constitutis, si in eo loco in quo Lunam posuimus, Sol fuerit inuentus, filiae patribus suis matrimonii gratia coibunt. Sed si Venus in finibus Iouis Iouem fuerit consequta et Iuppiter in finibus Veneris, et eos Mars aut quadrata aut dyametra radiatione respiciat, filias cum patribus coire compellunt.

De his qui nouercas ducunt vxores.

Si Iuppiter et Venus in cardinibus positi aequas habentes partes quadrata se radiatione respiciant, et eos Luna aut quadrata aut dyametra radiatione respiciat, noueras suas sortiuntur vxores: Vitricis vero sub his qui nubunt mulieres qui sic Venere et Ioue constitutis sic Sol fuerit inuentus sic Luna in virili genitura posuimus.

De his qui cum fratre et filio coibunt.

Si in cardinibus Venus, Luna et Iuppiter simul fuerint collocati, aut si in cardinibus positi quadrata aut dyametra se radiatione respexerint, et Saturnus sit sic positus, vt omnes qualibet radiatione respiciat: cum matre et cum filia coire faciunt: Sed si Saturnus Lunam et Venerem solas viderit, latenter hoc facinus committitur: Si vero totas aspexerit, publico ambas sortientur vxores. In mulieris vero genitura, si vbi Lunam posuimus, Sol fuerit inuentus, et cum patre et cum filio coibit. Si vero Mercurius in finibus Veneris fuerit, et Venus in finibus Mercurii et si sic collocati quadrata aut dyametra se radiatione respiciant: Iuppiter vero hos aut de quadrato aut de dyametro respiciat, faciet filios a patribus muliebris libidinis maculam sustinere.

De adulteris.

Si Mars et Venus simul fuerint inuenti, aut si Mars in finibus Veneris constitutus, et Venus in finibus Martis posita, qualibet se radiatione respiciant, adulteros faciunt. Si vero Mercurius quadrata eos vel dyame-

dyametra radiatione refpiciat, aequatas illis posfidens partes, faciet illos in his facinoribus deprehendi. Sed de hoc titulo in praecedentibus libris frequentisfime diximus.

De mulieribus fterilibus.

Si Sol et Luna in mafculinis fignis in horofcopo fint: Saturnus vero aut in occafu fit aut in IMC. mulieres filios non procreabunt, praefertim fi in horofcopo, in leone, vel in virgine, vel in capricorno fuerit inuentus, aut in pifce, aut in fcorpione, aut in cancro vel in tauro: Si vero his fic ordinatis ficut diximus beniuola ftella in primis cardinibus fuerit inuenta, vnus natus filius aut duo nutrientur. Sed et fi Luna aut in mafculino fuerit inuenta, aut certe in leone et in virgine et in capricorno, et Sol in mafculino figno fit, aut in his in quibus diximus fignis: Saturnus vero aut in cardinibus fit pofitus, aut in 12mo ab horofc. loco, nec virgini nec mulieri decernuntur: Sed fi hos fic ordinatos in primis cardinibus Iuppiter collocatus profpera radiatione refpiciat, vnum filium faciet decerni. Sed et fi Sol et Luna in femininis fignis fuerint, et horofcopus in feminino fit figno conftitutus, Saturnus vero aut in 7mo ab horof. fit pofitus, aut in MC. nec vlla beniuola ftella in cardine reperiatur, filii non decernuntur. Si Saturnus et Venus in cardinibus collocati et easdem partes habentes quadrata fe radiatione refpiciant, fint etiam in duplicibus fignis pofiti: nec eos Iuppiter aliqua radiatione refpiciat, nec in cardinibus fit collocatus, filii non decernuntur: fed et Iup-

piter et Luna ſimul poſiti in 7mo ab horoſcopo loco ſint vel in IMC. et eos Saturnus in alio cardine poſitus quadrata vel dyametra radiatione reſpiciat, filios faciet non decerni.

De his qui non coeunt cum mulieribus.

Si Venus et Luna ſimul fuerint collocatae, et eas Saturnus in finibus poſitus quadrata vel dyametra radiatione reſpiciat, accedatque his teſtimonium Solis, Saturno in matutino ortu in diurna genitura conſtituto, et Venere aut in cardinibus poſita, ſeu in maſculino ſigno, aut in nocturna genitura in veſpertino ortu poſita, nunquam ſortientur vxores: Si vero ſic omnibus ſicut diximus ordinatis, Saturnus, Luna et Venus in leone aut virgine fuerint poſiti in his in quibus diximus partibus, nunquam prorſus cum mulieribus coibunt: Sed et ſi Venerem in Saturni finibus collocatam nulla ſtella reſpiciat, Luna vero aut in leone aut in virgine aut in capricorno conſtituta in Saturni ſit finibus nunquam cum mulieribus coibunt.

De imbecillis, caducis, cecis, vitioſis et lunaticis.

Sol et Luna in duplicibus ſignis poſiti in cardinibus ſint geniturae locati et eos ſic poſitos Mars et Saturnus quadrata radiatione reſpiciant, imbecilles adunatosque perficient. Sed et ſi Mars in horoſc. fuerit inuentus, et ſi Saturnus in MC. Luna vero aut cum ipſis fuerit conſtituta aut in quadratis lateribus poſita hoc idem ſimili ratione perficiet. Sed et ſi Saturnus in MC. fuerit inuentus, et Mars ſit in imo, hoc idem ſimiliter efficietur. Si Sole et Luna ſynodica radiatione

ne coniunctis, Martis et Saturni stellae fuerint applicatae, et si ambobus aequata sint partis societate coniunctae, i. Soli et Lunae, prima etate huius infortunii vitia conferentur. Si vero Mars solus fuerit inuentus, ex violentia quadam caecitas oculis infertur. Si vero solus Saturnus ex reumate. Sed si lunam quadrata radiatione respexerint, hoc idem simili ratione perficitur. Si Saturnus in 12mo a MC. fuerit inuentus, et Mars cum ipso pariter sit constitutus, aut in anaphora MC, vnius oculi lumen extingunt. Si vero vterque, i. Mars et Saturnus in 8o sint ab horosc. loco constituti et sint retrogradi, Lunam vero de quadrato respiciant, debiles faciunt et cecos pariter. Quod si de dextro latere Lunam respexerint, dextrum oculum excecant et dextros debilitant partes: Si vero de sinistro hoc idem in sinistris corporis partibus faciunt. Si inter Solem et Lunam maliuola stella fuerit inuenta aut in synodo, aut certe in eodem signo, aut in diuersis locis constituti Sol et Luna in medio horum signorum maliuola sit posita, cecitas oculis infertur. Si vero hos sic positos beniuola stella prospera radiatione respexerit, huius infortunii discrimina mitigantur. Sed specialiter quicunque Lunam aut in tertia parte habuerint sagittarii, aut in 16 leonis, aut in 14 cancri, aut in 5 tauri, debiles efficiuntur. Si Mars fuerit in 7mo ab horosc. loco constitutus, et Luna in 8o amputabitur vel confrangetur pars corporis pro eius signi natura, in quo Mars fuerit inuentus. Si Luna in tropicis signis inuenta fuerit, i. in ariete, in cancro, in libra, et in capricorno, Mars vero eam quadrata radiatione respiciat, aut pedem amputabit

putabit aut manum. Quod ſi ſic ſicut diximus poſitos Sol quadrata radiatione reſpexerit , et eos Saturnus quadrata aut dyametra radiatione perficiat, vt vnus de luminibus in 7o ab horoſc. loco ſit poſitus, aut certe Saturnus in ipſo ſit loco, ſtomacos efficiet: Sed et ſi Sol, Luna, Mars et Mercurius in ſexto ſint ab horoſc. loco conſtituti et eos Saturnus quadrata radiatione reſpiciat, aut in 7mo loco conſtituti, Saturnus ſit in horoſc. conſtitutus, faciet lunaticos peruerſa facie et impedita lingua. Sed et Saturno in 7mo loco conſtituto Mars per quadratum iungetur, inſanos efficiet. Is ſi vero et Mercurius in horoſc. conſtituti, Mars in occaſu fuerit inuentus, et Saturnus aut in occaſu aut in MC faciet inſanos, ſed quibus aliquando homicidii crimen accedat. Si in capricorno, aut in piſcibus, aut in ariete, aut in tauro, Mars et Saturnus ſimul fuerint inuenti, pro qualitate ſigni partem corporis amputabunt. Saturnus et Mars in quolibet ſigno pariter conſtituti, latentium et abſconſorum locorum dolores efficiunt. Si vero in ſolidis ſignis poſiti, dyametra ſe radiatione reſpiciant, aut vnus in horoſ. ſit, alius in occaſu, aut vnus in IMC. alius in MC. epilepticos faciunt. Si vero in tropicis ſignis conſtituti hac ſe radiatione reſpexerint, caducos efficiunt, ſed qui nulla posſunt ratione ſanari. Si vero in duplicibus ſignis poſiti ſe hac radiatione reſpexerint, cum his vitiis quibus diximus irreligioſos, crudeles, captiuos faciunt. Si vero hos ſic poſitos beniuola ſtella reſpexerit, captiui reuertentur ad patriam: Quod ſi in his in quibus diximus ratione maliuolae in ſtatione fuerint inuentae, fortius nocebunt:

Si

Si vero beniuolae ſortius proderunt. Si Saturnus et Mars in cardinibus poſiti dyametra ſe radiatione reſpiciant et Lunam in alio cardine conſtitutam aut per quadratum aut per dyametrum viderint, preſertim in nouisſimis librae partibus, et capricorni et arietis, debilitabuntur pedes. Si Mars in alienis ſignis conſtitutus in horoſc. ſit partiliter poſitus, aut in natura nocebit aut in auribus. Mars et Saturnus in tropicis poſiti et Lunam quadrata radiatione pulſantes hydropicos faciunt. Sed et ſi Mars et Saturnus dyametra ſe radiatione reſpiciant, ſanguinem reiectantes efficiunt. Mars in cancro aut in ſcorpione aut in capricorno aut in piſcibus, ſi Lunam dyametra radiatione reſpiciat, inpetiginem, mauriginem lepramque perficiet. Si Saturnus Lunam neque in Lunae domo neque in Saturni domibus collocatam dyametra radiatione reſpexerit, emocarios faciunt vel qui valitudinem fiſtulae incurrunt Hoc idem et Mars in cardinibus poſitus ſi Venerem dyametra radiatione reſpexerit, ſimiliter efficiet. Si Mars et Venus et Luna in tropicis ſignis poſiti, diametra ſe radiatione reſpexerint et eos Saturnus aut in leone aut in tauro aut in ſagittario aut in piſcibus collocatus per noctem viderit, podagricos efficiet, ſi vero per diem elephanticos. Sed et ſi Luna in tauro fuerit inuenta et Saturnus in ſcorpione: aut Luna in ſcorpione et Saturnus in tauro, nec Lunam beniuola ſtella aliqua radiatione reſpiciat, elephantiaci naſcentur. Si Mercurius in virgine aut in piſcibus conſtitutis in horoſc. ſit partiliter poſitus et eum Saturnus et Mars quadrata radiatione reſpiciant, inſanos efficient. Si Mars et Saturnus

nus in anaphora horoſcopi ſit vel in 80 ab horoſc. loco, facient per nare aut per os aut per anum ſanguinem mitti. Si Mars et Saturnus ita ſint collocati, vt vnus ipſorum in MC ſit, alius in IMC ex prauis humoribus vitioſa egritudine faciunt. Sed ſi hos Mercurius quadrata radiatione reſpexerit, deorum illis praeſidio ſanitas comparatur. Si vero in his locis poſiti partili ſint radiatione coniuncti vt aequas partes posſideant, inſanos efficiunt, ſed qui nunquam posſunt aliis criminibus inſaniae liberari. Si vero in finibus ſuis ſint poſiti, aut Saturnus in finibus ſit Martis, et Mars in finibus Saturni, et ſint in his in quibus diximus locis a vitiis inſaniae conſtituti liberabuntur poſtquam Martis 15. anni aut Saturni 30 anni completi fuerint. Sed et ſi Iuppiter et Mars ſimili ſe radiatione reſpexerint epilepticos faciunt. Si vero ſic ſicut diximus poſiti in ſuis partibus fuerint collocati, aut Iuppiter in finibus Martis et Mars in finibus Iouis ſit, in initiis eius valitudinis liberantur: Sed quando prima ſtellae tempora transierint, i. aut Martis 15. anni, aut Iouis 12. Si vero Mercurius aut dyametra aut quadrata fuerit radiatione conuentus et in hisdem partibus poſitus, faciet hominem in templis reſponſa reddere.

De Caluis.

Cum Luna in cardinibus poſita in eisdem ſit ſignorum partibus quae ſine pilo ſunt, aut in ſagittario Luna ſit conſtituta, malae ſtellae aut in ſolidis, aut in tropicis ſint ſignis, in quibus partiliter vitiorum locus et valetudinis inuenitur, caluos efficient: hoc idem maliuolarum

liuolarum ſtellarum radiatione pulſatus. Sed et Venus in domo ſua conſtituta MC. partem partiliter teneat, caluos efficiet. Saturnus vero inter Solem et Lunam poſitus, canos faciet prima aetate naſci.

De vitiis corporis et valetudinibus.

Si Mars in cancro vel in ſcorpione vel in capricorno vel in piſce vel in tauro fuerit inuentus et in his ſignis conſtitutus in aliquo ſit genituræ cardine conſtitutus, et ſic collocatus Lunam de quadrato vel de dyametro reſpiciat, aut ſi cum ea fuerit inuentus, aut giberoſos aut contortos aut claudos aut parte corporis paraliticos efficiet. Si Mars et Saturnus aut in 6to aut in 12mo ab horoſc. loco fuerint, aut certe unus de duobus, et ſit ipſum ſignum aut duplex aut tropicum, aut in ipſo ſigno locus fortunæ partili ratione inueniatur, et corpori et animo vitia decernuntur: Preſertim ſi Solem et Lunam quadrata vel dyametra radiatione reſpexerint. Si vero ſic collocati vel in cardinibus poſiti Mars et Saturnus aut in ſexto aut in 12mo ſic ſicut diximus ab horoſc. loco Lunam, aut ſynodico conſtitutam viderint, aut is ex humoribus vitia faciunt aut inſanos epilepticos reddunt. Sed ſemper Lunam ſi 7 vel 11. aut 20 aut 30 maliuolæ ſtellæ aut quadrata aut dyametra radiatione reſpexerint, aut cum ipſa fuerint inuentæ, aut contortiones efficiunt et ſpasmos aut faciem vario genere contorquent, preſertim ſi horoſcopus et locus fortunae in maliuolarum ſtellarum ſignis fuerint collocati. Sed haec vitia pro ſignorum generibus inuenimus: Aliis enim ſtomacalis epileptialis, aliis

insanias, aliis lepras, aliis impetiginem, aliis hydropem, aliis phthisin, aliis elephantiam decernit ista coniunctio. Quod si hos sic ordinatos beniuola stella prospera radiatione respexerit, hec vitia mitigantur. Si vero nullum fuerit beniuolarum testimonium, et locum vitii in solido loco collocatum maliuolæ stellæ forti radiatione respexerint, decreta vitia fortius conualescunt. Si vero æquis potestatibus hunc eundem locum beniuolæ maliuolaeque respiciant, et desinunt vitia pariter et crescunt. Si vero impugnante maleuola stella fortiora beniuolarum stellarum testimonia fuerint, et si coniunctionem Lunae beniuolae stellae suscipiant, a quibusdam numinibus ab istis periculorum discriminibus liberantur Si vero beniuola stella excipiente coniunctionem Lunae vitiorum locum maliuolae stellae fortiori radiatione respiciant, numinis alicuius presidio temporalem vitiorum requiem consequuntur. Si vero beniuolis stellis fortioribus existentibus Mercurius coniunctionem Lunae venientis exceperit, aut incantationibus, aut remediis, aut filateriis ex istis discriminibus liberantur. Si vero beniuolis stellis fortioribus existentibus Mars illis aliqua se radiatione coniunxerit, vitium quod decretum fuerit ex medicina curabit. Si Saturnus in 7mo ab horosc. loco fuerit inuentus et in hoc loco constitutus Lunam in alio cardine viderit qualibet radiatione, in absconsis locis a medicis secabuntur. Si vero Luna fuerit minuta luminibus et Iuppiter alienus sit a cardinibus aliqua Lunam radiatione respiciat, secati a medicis interibunt. Si vero Luna et Saturno sic ordinatis sicut diximus Mars cum Mercurio pari societate coniunctus

iunctus et in tropicis signis positus, Luna et Saturnus qualibet radiatione iungantur, epilepticos, insanos efficient et caducos. Si vero his sic ordinatis Iuppiter de superiori loco respexerit Mercurium et Lunae coniunctionem exceperit, apostemata secati liberantur. Si vero Mars in 6to aut in 12mo ab horosc. loco fuerit inuentus et eum sic collocatum Sol Saturnusque respiciant, egritudinis et vitia cum misera calamitate decernunt. Si vero Mars sic positus et in masculino signo constitutus de superiore loco Solem et Lunam quadrata radiatione respexerit, in natura graue vitium faciet. Si vero mulieris fuerit genitura ab abortu aut ex editu partus grauia discrimina semper indicit, aut secto inter viscera infante et sic prolato matricis perpetuos dolores efficiet. Si Iuppiter in horosc. fuerit inuentus et Mars in dyametro eius collocatus, Solem et Lunam qualibet radiatione respiciat, aut insanos aut lunaticos efficiet Sed et si Luna synodica aut plena in cardinibus posita Martem quadrata radiatione respexerit et Saturnus ei per quadratum aut per dyametrum iungatur eadem vitia decernuntur.

De Regalibus Genituris.

Si Sol et Luna in masculinis signis constituti in primis sint cardinibus collocati, beniuolis stellis ita positis, vt Solem quidem in diurna genitura in matutino ortu constituta protegant, in nocturna vero genitura Lunam in vespertino ortu protegant, Reges facient potentes terribiles regiones vel ciuitates maximas subiugantes. Si vero in MC. sic fuerint sicut diximus collocati,

locati, et extraneas gentes et ceteras regiones infinita virtutis potentia ſubiugabunt. Si vero his ſicut diximus ordinatis in anaphora eorum Mars fuerit inuentus, alio vero cardine Saturnus ſit conſtitutus, de imperio ſuo deiecti ab aliis ſubiugabuntur. Si vero Iuppiter Martem et Saturnum ſuperior effectus proſpera radiatione reſpexerit, et Lunae lumen creſcentis exceperit, per captiuitatem rurſus imperio reddentur, vt poſtea maior illis et felicitatis et dignitatis cumulus accedat. Si Sol in MC. aut in horoſc. partiliter fuerit inuentus et ſit in maſculino ſigno, Luna vero in anaphora Solis fuerit inuenta, beniuolae vero ſtellae Solem in matutino ortu protexerint, reges ſimili ratione naſcentur. Si vero his ſic ordinatis Mars in MC fuerit inuentus et Iuppiter in MC. erunt periculoſi, terribiles, efficaces, totius orbis dominia poſſidentes. Si Sol in principalibus genituræ locis conſtitutus in maſculino ſigno fuerit inuentus, et Luna in principalibus genituræ locis poſita femininum poſſederit ſignum, aut certe imus ipſorum ſic ſicut diximus collocatus, in primis cardinibus fuerit inuentus, claros, nobiles efficiunt et potentes, et quibus ciuitatum tuitio credatur. Si vero his ſic ordinatis Iouis teſtimonium acceſſerit, exercitus illi imperatoris iudicio committitur.

De Biothanatis.

Si Luna in cardinibus plena fuerit inuenta, aut in anaphoris aut in epichataphoris cardinum, Mars vero in anaphoris aut in epichataphoris conſtitutus, aut cum ipſa fuerit inuentus, aut quadrata aut dyametra radia-

radiatione respexerint sic sicut diximus collocatam sed minutam; Saturnus similiter in anaphoris vel in epicharaphoris constitutus videat aut Martem, aut Lunam, sic sicut diximus collocatos, si Saturnus solem quadrata aut dyametra radiatione respexerit, Biotanati nascuntur. Sed et in quocunque alio loco Lunam, Saturnus et Mars quadrata aut dyametra radiatione respiciant sine testimonio beniuolarum stellarum, biothanatos efficiunt. Sed et si Mars in cardinibus fuerit inuentus et Luna in anaphoris cardinum posita, Ioue alieno existente aut radiis solis absconso et Saturno in cardinibus constituto aut in anaphoris cardinum posito aut quacunque radiatione solem vidente, biothanati nascentur. Sed et si Mars in cardinibus constitutus vel in anaphoris cardinum positus per quadratum Lunam crescentem de loco superiore videat, nec beniuolæ radius respiciat, biothanatum simili ratione perficiet. Et sicut frequenter diximus, secundum differentiam signorum exitus decernitur mortis. In humanis enim signis gladio mors infertur aut a latronibus aut in pugna aut in aliqua licentia potestatis. In terrestribus vero signis in locis desertis similiter faciet interire aut certe variis calamitatibus implicatos. In aquosis signis, tempestatibus, naufragiis, turbinibus fluuiisque submergit, ita ut ex aqua semper acerbum inferatur exitium. In solidis, per precipitia proiectos aut ex altis deiectos locis faciet interire. In igneis, flagrantibus tradit incendiis, aut casu expositis aut potestatis alicuius iussione conceptis. In humidis, aut cruditate, aut phtisi, aut nigroselle, aut sanguinis reiectione, aut

suppu-

ſuppurata egritudine faciet interire. Si Mars in quocunque cardine fuerit inuentus, aut in 11mo ab horoſc. fuerit, aut in 8o et eum in his locis conſtitutum Saturnus dyametra radiatione reſpiciat, aut ſi Marte ſic poſito in 7mo ab horoſc. loco fuerit inuentus, poſt multa vitae diſcrimina biothanatos faciunt interire: Preſertim ſi Iuppiter Martem nec de ſuperiore loco viderit, nec cum eo fuerit inuentus. Sed mors pro ſignorum varietate decernitur. Sed ſi his ſic ordinatis ſine teſtimonio ſcilicet Iouis cum Marte aut cum Saturno Mercurius fuerit inuentus aut eum quadrata radiatione reſpexerit, Luna aut in cardine conſtituta, aut in anaphora aut in epichataphoris poſita, faciunt falſarios, maleficos, pecuniarum adulteratores, vt ex iſtis criminibus ſeuera iudicantis animaduerſione plectantur. Sed et ſi Saturnus in 12mo vel in 11mo loco fuerit inuentus et cum eo ſit Mercurius aut quadrata illi aut dyametra radiatione iungatur, Mars vero aut cum ipſis fuerit, aut quadrata aut dyametra eos radiatione reſpiciat, aut ſi ſic poſitos in Saturni domo Mars collocatus Lunam in cardinibus poſitam quadrata vel dyametra radiatione reſpiciat, precedentium facinorum decernit exitia. Si vero Iuppiter ſic his omnibus ordinatis de ſuperiore loco Martem proſpera radiatione reſpiciat aut ſi cum ipſo fuerit inuentus, aut ſi Lunae plenos radios excepit, accuſati ex iſtis criminibus ſalutari ſententia liberantur. Si Luna in occaſu fuerit inuenta et Mars aut Saturnus in horoſc. ſint partiliter locati, aut vno eorum in horos. poſito, ſi alia maliuola ſtella in MC fuerit inuenta, Biothanati naſcuntur. Sed in quocunque alio cardine Luna

fuerit

ſuerit inuenta et cum ea in ipſo ſigno aut Mars aut Saturnus ſit partiliter collocatus, aut ſi dyametra eam vel quadrata unus ex eis radiatione reſpexerit, alter vero Mercurium de ſuperiore loco quadrata radiatione videat, aut ſi dyametra illi partium ſocietate iungatur in cardinibus aut in anaphoris vel in epichataphoris cardinum conſtitutus, Biothanatos efficiet: Sed hoc malum fortius conualescit, ſi Solem Mars aut Saturnus quadrata aut dyametra radiatione reſpiciat.

Ich erinnere es nochmals, daß ich diese Stellen nur liefere, wie ich ſie finde. Ich brauche nicht den Herausgeber mit ihnen zu ſpielen: ich bin blos der Handlanger, der Anbringer eines Herausgebers. Was würde zwar leichter geweſen ſeyn, als die Rechtſchreibung wenigſtens gleichförmig zu machen? Oder, der einzeln verſtümmelten Wörter nicht zu gedenken, ein *mente miratum vel malignum numen* in mente iratum; (S. 340.) ein *pari caritatis vel cum loco copulatos* (S. 241.) in pari caritatis vinculo zu verändern? Allein was hätte es geholfen, einige dergleichen Schäden zu heilen: wenn so viele andere, die ich würde haben laſſen müſſen, gleichwohl noch einen andern Arzt erfordert hätten?

Staatliche Bibliothek Bamberg

Druckfehler.

S. 74. Z. 17. für Tantalus lese man Atreus.
Desgl. ebd. Z. 22. für Tantali — Atrei.
S. 107. nach der 13 Zeile wäre noch einzurücken:
aut si mauis:
Quem tamen infestos cursus queror ire per vndas.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Lessing, Gotthold Ephraim, / Eschenburg, Johann Joachim, / Leiste, Christian,

Zur Geschichte und Litteratur Aus den Schätzen der Herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel

Bd.: Dritter Beytrag

Braunschweig 1774

Bamberg, Staatsbibliothek -- H.l.o.688(1#3
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11688388-2
VD18 90089804